et suscipe diuinū. emittere trāsitoriū
et amplectere sempiternū: z tūc illa
dixit. Ecce ancilla dñi: fiat mihi sim
hbu tuū. Bernard. Verbu qd erat
apud deum fiat caro de carne mea.
Nolo vt mihi fiat aut declamatorie
pdicatū aut singulariter significatū
aut imaginarie somniatū: sz silenter
inspiratū psonaliter incarnatum et
corporealiter inuiseratū.

De duplici lacte brē marie hgis

Ac bte marie & giginis duplici
sideratur. pmo quale est in se
Scdo qualiter ipa lac nobis effun
dit. Circa pmu notandu q lac e
sanguis bis excoctus. Na pmo ex
coquit in venis. Scdo in mamillis
et ex tali decoctioe sanguis trahit al
bedine saporositate z vbertate. lac
igr bte marie & giginis habuit albe
dine qua trahit a duplici decoctioe
Scdo habuit saporositate qua tra
xit a spūs sc̄ti depuratione. Tercio
habuit vbertate qua trahit a celesti
subministratioe. Primo igr habuit
albedine qua trahit a decoctioe du
plici. pma decoctio facta fuit ab igr
ne spūs sancti in ytero m̄ris sue qn̄
spūs sc̄tus eā sc̄tificauit. Scda fac
ta fuit in filij dei p̄ceptioe qua tra
xit a spūs sc̄ti depuratione. Nunq̄s ei
fuit aliqua m̄ q̄ habuit lac ita sapo
rosus sicut fuit lac & gineū: z ratio
est. qz lac aliaz muliez mltū habet
impuritatē: z iō nō pōt esse multū
magni saporis. Lac aut beate Ma
rie & giginis sic fuit a spū sancto depu
ratū z purificatū q̄ factū ē dulcissi
mū z nimīū saporosū. z qz fuit opti
mi saporis z iō fuit optimi nutriti
ti. De isto lacte & gineo d̄t Aug⁹ in
sermone de annūciatioe. Lacta ma
ria creatoze tuū panē celi p̄ciū mun
di p̄be lambēti mamillā: vt ille pro
te p̄cutienti p̄beat maxillā lacta qui
fecit te qui talē fecit vt ip̄e fieret i te.
Tercio habuit vbertatem a celesti
subministratioe Non enī lac suuz
fuit a natura propinatū: sed de celo

largiter subministratū. Unde cātat
ecclesia Ip̄m regē angeloz sola &
go lactabat vberē de celo pleno.
Circa sc̄dm notandū q̄ ipa dat no
bis triplex lac spūale. Primū ē ce
lestis doctrine. sicut enī nutritrix gros
sa cibaria comedit z sibi incorpat et
digesta z in lac p̄uersa puero effun
dit. sic beata & go maria magnas et
difficiles snias memorie recōmen
dat. Juxta illud Luc. ij. Maria cū
seruabat om̄ia verba hec cōferens
in corde suo: z illa post modū sic di
gesta discipulis effundebat. Beda
sup lucā Luc. ij. Maria que de do
mino vl̄ a domino dicta vl̄ acta cog
nouerat diligentius in corde suo re
seruabat et illa post modum retine
bat sollicite que cuncta memorie re
cōmendabat: z cum tempus predi
candi vel scribendi incarnationis
eius miracula adueniret sufficiēter
vniuersa prout essent gelta querent
ibus explicare posset Scdo dat
nobis lac pietatis z misericōdie. San
guis enīz in nobis sepe accendit: et
sic ad iracundiā concitatur. Sed in
beata virgine maria totus sanguis
iracundie conuersus fuit in lac dul
cis misericōdie: quia nihil in ea se
uerū vl̄ austerū remansit sed tota fa
it lactea z mellea. i. dulcis z purissi
ma. Cant. iij. Mel z lac sub lingua
tua. Bern. Resolue totā scripture
seriem: z si quid in maria austerum
inuenies de cetero eam suspectā ha
beas z ad ip̄am accedere verearis.
Tercio dat nobis lac spiritualis

gratie. Und ipsa potest dicere illud
 ysa. lv. Venite emite absq; vlla cō-
 mutatiōe vinū z lac p q̄ intelligim⁹
 dei grām aiām letificantēz et aiām
 dulcorantē. Ad habendā autē istā
 grām nō requirit btā maria p̄cijs so-
 noritatē sed mentis affectū. z iō dē
 absq; argēto. nec requirit vt cū ea
 cōmutatōnē aliquā faciam⁹. s; gra-
 tis donat. iō dē absq; vlla cōmutati-
 one. Nec mirū si ipa dat nobis istd
 vinū z lac. i. grām letificantē et dul-
 corantē. qz isto vino z lacte ipsa est
 plena. z iō de sua plenitudie nobis
 effundit. iō ipa dē Cant. v. Bibi vi-
 nū meū cū lacte meo.

Quare laudare debemus beatā
 virginem mariā.

Audare debem⁹ btām vginē
 mariā propter debitū meritū
 et exemplū. Primo quidē prop̄
 debitū. Tenemur enī ipaz laudare
 qz cū essem⁹ pditū: ipa nobis succur-
 rit et recupandī aditum adinuenit.
 Aug⁹. O btā maria quis tibi vale-
 at iura grāz z laudū p̄conia impē-
 dere q̄ tuo singulari merito mundo
 subcurristi pditō q̄s tibi laudes fra-
 gilitas hūani generis p̄soluet q̄ tuo
 singulari cōmercio recupandī adi-
 tū adinuenit. Scdo propter me-
 ritū qd̄ inde p̄sequimur. Nā ex hoc li-
 beramur a p̄fusione eterna. p̄serua-
 mur a culpa. z digni efficiamur vi-
 ta eterna. Eccī. xliiij. Qui audit me
 nō p̄fundetur. z qui opantur in me

nō peccabūt. qui elucidāt me: vitaz
 eternā habebūt. Qualiter autē lau-
 dantes eā meritū assequūtur ab ea
 Dicit Hierony. in smōe de assump-
 tione. Si vgo es lauda. qz merui-
 sti esse qd̄ laudas. Si p̄nēs es ve-
 nerare z lauda. qz nō aliunde p̄stat
 vt possis esse casta quaz ex grā xpi
 q̄ fuit plenissime in btā vginē Ma-
 ria quā laudas. Quod si coniugata
 es aut certe peccatrix nihilominus
 p̄fitere z lauda. qz inde miscdia om-
 nibus profluxit z grā Et quāuis
 nō sit speciosa laus i ore pctōris: tñ
 noli cessare qz inde tibi promittitur
 venia vñ z omib⁹ vt laudes. Ter-
 cio debem⁹ ipam laudare prop̄t ex-
 emplū. Habem⁹ ei exemplū ab an-
 gelo qui eā tā reuerēter salutauit. a
 filio. qui in tāta reuerētia eā habuit
 q̄ sibi subditus esse voluit Luce. ij.
 Erat subditus illis. A spū sancto q̄
 eā repleuit Luc. p̄mo. Spūs sc̄tus
 supueniet in te. A p̄te eterno qui eā
 sc̄tificauit. Ps. Sc̄tificauit taber-
 naculū suū altissim⁹. A toto mundo
 qui ipam btām protestatur. z dē vñ
 ipsa ait. Ecce enī ex hoc btām me di-
 cent om̄s generatōes. Non possu-
 mus tñ eā sufficiēter laudare prop̄t
 q̄tuor causas. Primo prop̄t nr̄az
 imbecillitatē. Aug⁹. O felix puer pe-
 riū letabile angel. optabile sc̄tis. ne-
 cessariū pditis. p̄gruū profugatis.
 Quid dicā paup ingenio: cum de te
 qcqd̄ dixerō mioz laus ē q̄ tua dig-
 nitas mereat Si celū te vocē altioz
 es. si m̄rez gētū dicam p̄cellis. Si

formā dei appellē digna existis. si
dñam angeloz te vocē per oīa esse
probaris. quid ergo de te digne di
cā? quid referā cū nō sufficiat lingua
carnis tuas enarrare virtutes. De
hoc etiā sic dicit Damascen⁹. q̄liter eā
laudare poterit mortal' hoīs x̄bū
q̄ de se protulit x̄bū qd̄ manet in eē
nū. q̄ lingua in ei⁹ laude inuenitur
idonea qui illū genuit cui oīa bñdi
cūt z cū tremore obediūt elementa
Impar ē igr̄ illi om̄is hūane lingue
p̄coniū q̄ de intemerate carnis sue
vulcerib⁹ cibū nobis protulit aīarū
Sec̄do propter nr̄am indignitatez
Doc̄t cognoscebat sc̄tus Hieron̄.
in s̄mōe de assumptiōe: dicens. Ti
meo satis z valde timeo dū v̄ris
cupio parere profectib⁹: ne forte si
cut improb⁹ ita z indign⁹ laudatoz
inueniar profecto cū nec sc̄titas v̄l
fecūdia mihi suppetat vt beatam et
gl̄iosam x̄ginē digne laudare que
am. Qm̄ vt vez fatear quicqd̄ hūa
nis pōt dici x̄bis min⁹ est laude re
gine celi q̄ diuinis ē z angelicis ex
cellenti⁹ p̄dicata z laudata p̄conijs
a prophētā p̄nūciata. a patriarchis
figuris et enigmatib⁹ p̄signata. ab
euāgelistis exhibita. ab angelo ve
nerabiliter salutata. Idē ibidē. De
tali tātaq; x̄gine loqui me indignū
fateoz. sed z puto q; nemo sit q; p̄su
mat nisi qui q̄nta sint q; p̄adūtur ig
norant. tñ si ad hoc nemo idone⁹ in
uenit votis om̄ib⁹ cessare nō debet
quilibz etiā pctōz a laudib⁹ quāuis
enā ex plere neq; at qd̄ sentit. Tercō

propter suā dignitatē. De hoc sic dicit
Beda. Si rez vn̄uersitas singulis
distincta sp̄eb⁹ in b̄tē dei genitricis
marie laude magnis succlamet vo
cib⁹ tñ dignitatē ei⁹ intelligētibus
hoc v̄l silētū appebit Damascenus
Licet mille ora mille lingue vox v̄
biq; ferrea sit. sed nec si om̄s lingue
hoīm p̄uenirēt eā mirificis possent
p̄ferre p̄conijs. Dis enī p̄conijs ex
cedit magnitudinē z om̄e eloquiuz
ad ei⁹ excellētā insufficiēs inuenit.
Quarto propt̄ x̄bozū insufficiētā
et paup̄tatē. q; scz x̄ba ad hec ido
nea nobis deficiūt Petr⁹ damiani
Dū cuiuslibz martyris facta fortia
extollere cupim⁹. dū x̄tutū ei⁹ insi
gnia p̄dicauim⁹. etiā si ad cogitādum
tardioz sensus impediāt v̄l ad loq̄n
dū balbuciēs lingua nō sufficiat x̄
boz tñ copiā ip̄i⁹ rei materia submi
nistrat. Cū x̄o b̄tissime dei genitri
cis laudes scribere volumus: nulla
inuenim⁹ x̄ba q̄ ad hec digne exp̄
mēda sufficere valeam⁹. tollit enim
facultatē s̄monis materia singula
ris Gerardus ep̄s z martyr vti
nā tot mihi essent lingue quot sunt
celi stelle: z oēs illas possem p̄uerte
re in laudē genitricis dei nec sic etiā
faciarer.

Quō b̄tā x̄go maria comparatur
libano.

Iban⁹ sc̄at b̄tām x̄ginē ma
riaz. Iuxta illud Eccl̄i. xxiii.
Quasi libanus nō sc̄sus vapor au
hitationē meā. Sz notādū q; liba
n⁹ in masculino accipit̄ pro monte.

In feminino pro arbore. In neutro pro thure. et tñ hic pro arbore i masculino ponitur. scriptura eni sa cra aliqñ trāscreditur regulas do nati vt cerci⁹ expmat itellectū spūs sancti Dñ ergo de arbore qñ liban⁹ nō incisus zc. Ab illa enim arbore qñqz fluit thus cortice inciso z illd est deterius. qñqz xpo defluit thus nō inciso cortice. z illd ē magis luci dū et electū magis. z tali libano nō inciso btā xgo maria assimilaf. In quacuqz eni hcatōe liban⁹ accipia tur candorē signat In btā at xgie maria tria fuerūt cādida z nō inci sa scz spūs aia z corp⁹. De quibus dz. j. Thessal. v. Ipse aut dñs pacis scificat vos p oia vt iteger spūs vñ et aia et corp⁹ in die dñi nñi iesu xpi sine qrela fuerit. Sic aut huc dz li ban⁹ mons hec liban⁹ arbor hoc li banus thus. ita dz nūc ab aplo hic spūs. hec aia. hoc corp⁹. Spūs er go marie dz hic mons libani Aīma ei⁹ dz arbor libani. Corp⁹ ei⁹ dicañ thus libani. Ista tria scz spūs. aia. et corp⁹ in btā virgine nō fuerūt in cisa nec diuisa. iō bñ dz qñ liban⁹ nō incisus Spūs ei ei⁹ nūqz fuit a do diuisus. qz nūqz p pctm ab ipō sepa ri potuit. Aia ei⁹ nūqz fuit diuisa a ratione. qz ab ei⁹ domineo nūqz re cessit Corp⁹ ei⁹ nūqz fuit diuisus qz sp integrū z illibatū pmansit Talis ergo liban⁹ vaporauit hitationē su am. Nā illos in quib⁹ hitat p grāz vaporat. i. odore replet p odorife rā psciam Ibidē. Sic cynamomū

et balsamū aromatizans odorē de di: qñ myrrha electa dedi suauitatē odoris. Quosdā eni pfortat vt pse uerēt in dono grē. istis est odor cy namomi. qz cynamomū hz confor tare. Quosdā pseruat a corruptiōe culpe. z istis est odor balsami. quia balsamū a corruptiōe pseruat. Qui busdā fugat vermes diabolice tēp tatōis. z istis est odor myrrhe que fugat vermes.

Quo liberalitas beate marie cō paratur soli.

Iberalitas btē marie multis assimilatur. Pro ei assimilaf soli. qz sicut sol oritur sup bonos et malos. sic dz Matth. v. Sic z eius merita lucent sup bonos et malos. sup bonos vt eos in grā custodiat. et lucet sup malos vt eos a malo cō uertat. Un dz Berni. Btā virgo ma ria velut altez solē induit. qz sic ille sup bonos z malos indifferēter ori tur. sic ipsa quoqz pterita merita nō discutit: sz omib⁹ exorabile et clemē tissimā se expōit oimqz necessitates amplissimo quodā miserat affectu. Ibidē. Copiosissima charitate btā virgo maria sapientib⁹ z insipienti bus debitorē se fecit oib⁹ misericōe si nū apuit. vt de plenitudine eius ac cipiant vniuersi. Captiu⁹ redēptio nē. eger curationē. tristis p solatio nē. pctōz veniā. iustus gratiā. ange lus leticiā. tota deniqz trinitas glo riā. filij psona carnis substantiā. vt nō sit qui se abscondat a calore eius. Putas ne ipa est mulier amicta so

le q̄ habet lunā sub pedibus eius.

Secūdo assimilatur elemosinarie liberali. Proverbioꝝ vl. Manū suam apuit inopi: ⁊ palmas suas extēdit ad paupes. Cui⁹ liberalitas oñ dicitur. ⁊ q2 manū h3 aptam. ⁊ quia brachiū hab3 extēsum ad paupes. et q2 manū hab3 elemosinis plenā. Nulla enī laus esset elemosinarie liberali: si manū aptam teneret ⁊ brachiū ad paupes extenderet si ipsam manū vacua haberet. Brā igr̄ vgo maria tanq̄ dei elemosinaria intm̄ est liberalis q̄ dat faciliter. iō tenet manū aptam. q2 dat omnib⁹ cōiter et ideo tenet brachiū extēsum. quia dat om̄ibus habundanter. ⁊ iō manū habet elemosinis plenā. Tercio assimilatur mulieri forti. Un̄ d2 Prover. vl. De muliere forti de nocte surrexit et dedit p̄dam domesticis suis ⁊ cibaria ancillis suis. Ibi dem. Om̄es domestici eius vestiti duplicibus Ipsa enī quibusdā dat cibaria gr̄az. ideo d2. dedit cibaria ancillis suis. Quibusdā dat duplicia vestimēta ⁊ tutū. scz theoloicaz et politicaz. ⁊ iō d2 om̄s domestici eius vestiti duplicibus. Quibusdā dat victoriā hostiū qñ scz carnē diaboli mundū vincere facit ⁊ domesticis suis eos in p̄dam ꝓcedit iō d2 dedit p̄dā domesticis suis. Quarto assimilatur piissime m̄ri. Un̄ ipsa d2. Eccli. xxiii. Ego m̄ pulchre dilectionis et timoris et agnitionis et sc̄te spei Ipsa enī in amore dei frigidus ad dilectionē dei inflāmat. iō d2 ego

m̄ pulchre dilectōis Ipsa supbos ⁊ p̄sumptuosos ad sui cognitionē timore diuine maiestatis hūiliat. iō d2 ⁊ timoris. Ipsa tenebrosos ad cognitionē dei illūiat. iō subdit et agnitionis. Ipsa in profundū pctōꝝ despatos ad spem venie r̄uocat. iō subdit. et sancte spei. Quinto assimilatur hospiti munifico ⁊ curiali. Un̄ d2 ei d2. Eccli. xxiii. In iacob inhabita et in isrl̄ hereditare et i electis meis mitte radices. Ex quib⁹ v̄bis habetur q̄ ipsa hospitat ⁊ hitat cū trib⁹ generibus p̄sonaz Quidā enī sunt actiui. quidā ꝓtēlatiui. Quidā v̄o p̄fecti q̄ scz hnt actiua ⁊ ꝓtēlatiua Brā igr̄ vgo maria hitat cū actiuis dando eis ad opandū firmā ꝓstantiā. iō d2 in iacob inhabita. Per iacob enī qui interpretatur luctator intelliguntur actiui qui sunt in multiplici lucta istius mūdi. Habitat cum ꝓtēlatiuis dando eis visionē dei sinceram. iō d2 et in isrl̄ hereditare. Israel ei interpretatur vir vidēs deum. Habitat cū electis siue p̄fectis qui hnt vtrāq̄ vitam dādo eis in vtrāq̄ vita firmā p̄seuerantiā. ⁊ iō subdit. et i electis meis mitte radices

Liberū arbitriū beate marie virginis.

Iberū arbitriū habuit beata vgo maria in bono ꝓfirmatū et iō nulli voluit ꝓsentire pctō. Potētia enī liberi arbitrij quicq̄ moīs pōt cōsiderari. Primo ꝓout se h3 indifferēter ad hoc et ad illud. i. ad

peccandū vel non peccandū. et hoc modo fuit in adam in statu innocētie. *Un̄ dī Ecclī. xv. Deus ab inicio creauit hoīem et reliquit eū in māu cōsiliū sui.* Sc̄do cōsideratur cū dispositiōe ad peccandū. et hoc modo est in regeneratis post baptismum qz adhuc remanet in eis fomes qui est dispositio inclinās ad peccandū. Tercio cōsideratur cum necessitate ad peccandū. et hoc mō ē in nō regeneratis p baptismū. qz fomes illis nō est tm̄ dispositio ad peccandum sed qdam necessitas. Quarto consideratur cū dispositiōe ad nō peccandum. et hoc modo fuit in sc̄tificatis in ytero. sicut in *Jeremia* et in beato *iohāne baptista*. Quinto cōsideratur cū necessitate ad nō peccandū. et hoc modo est in angelis et bt̄is z *ŷgine maria* p gr̄am sc̄tificationis. *Ultime q̄ sup̄eminet om̄ib⁹ alijs sc̄tificationib⁹. ita q̄ post illā sc̄tificationē nō h̄nt potentia peccādi et q̄ntū ad hoc fuit in statu angeloz et bt̄orū qui h̄nt libez arbitriū confirmatū.* *Jō St Aug⁹* in libro de natura et gratia. excepta sancta *ŷgine maria*. si om̄s sancti et sancte cu h̄ic uiuerent interrogati fuissent vtrum sine peccato essent: oēs vna voce clamassent. si dixerimus qm̄ peccatus nō habem⁹ ip̄i nos seducim⁹ et veritas in nobis non est. excepta in q̄ virgīe maria de qua propter honorem dñi cuz de peccatis agitur nullo. sc̄imus enī q̄ ei plus gr̄e fuit col-

latū ex om̄i pte ad vincendū peccatum que illum concipere et parere meruit quē constat nullū habuisse peccatū: sed peccati fuit pemptor.

Quo bt̄a ŷgo maria p̄pat̄ lilio.

*Illū bt̄a ŷgo maria dici pōt propter multas causas. Prima est. qz liliū extra est candidū. intus aureū. intus et extra odoriferū. Sic bt̄a ŷgo maria fuit extra i carne candida p virginitatem. Sap. vij. Landoz enī eius lucis eterne et speculū sine macula. Sc̄do intus i mēte fuit aurea p charitatē. sicut enī aurum nunq̄ pōt corrūpi. sic ei⁹ charitas nunq̄ potuit extingui. Cant. viij. Aque multe non poterāt extinguere charitatē. Tercio intus et extra fuit odorifera p humilitatē. Habuit enī hūilitatē int⁹ in corde et exterius in cōuersatiōe. et ista humilitas deo tm̄ odorem fecit q̄ ip̄m ad se traxit. Cant. p̄mo. Cū esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suū. Nardus est herba parua odorifera et h̄cat ei⁹ hūilitatē. Ista sunt tria lilia ŷginitas. hūilitas. et charitas. q̄ bt̄am ŷginē mariā maxime circūdederūt. De quib⁹ sic d̄t *Bern̄*. in sermōe de natiuitate eius d̄t *Deniqz christ⁹* qui nūc iter lilia pascebat utiqz copiosius apud matres p lilioz multitudinē pascebatur. an nō lilia sunt dec⁹ ŷginitatis insigne hūilitatis supereminētia charitatis. Sc̄da causa est. quia liliū habet*

rectū haſtile ſurſum: ſed folia pēdē-
tia deoꝝ ſum. qz aī m^o vginis tanq̄
haſtile fuit ſemp rect^o ad deū ſibi d
bñficijs regratiando et in eū ſpūa-
liter exultādo. Sic liliū quicqd hz
odoris et candoris totum mittit ad
ſummū. ſic btā virgo maria quicqd
habuit ſanctitatis et gratie totū re-
mittebat ad deū. folia aut. i. verba
habuit deoꝝ ſum de ſe hūilia profe-
rendo. Und ipſa dicit. Magnificat
aīa mea dominū. Et exultauit ſpūs
meus in deo ſalutari meo. Ecce ha-
ſtile rectū. Sed audi filia deoꝝ ſum
pendentia. Quia reſpexit humilita-
tem ancille ſue. In hui^o ſignificatio-
ne dī Exod. xxv. Facies cādelabz
ductile de auro mūdīſſimo. Haſti-
le eius et lilia ex ipſa pendētia. Lan-
delabzū dei eſt btā virgo maria q̄
fuit ductilis p obediētia et de auro
mūdīſſimo p charitatē verā. cui^o ha-
ſtile fuit ei^o intētio certa. et lilia fue-
runt eius verba hūilia q̄ oīa proce-
debant ab ipa. Nos aut ecōtrario
habem^o haſtile reflexū deoꝝ ſum p
obliquaz intentionem Juxta illud
Matthei. xxij. Omīa opa ſua faci-
unt vt videantur ab hoībus. folia
aut. i. vba hēmus elata ſeu eleuata
ſurſum p blaſphemīā z detractionē
et elationē. Pſ. Iniquitatē in ex-
celſo locuti ſunt. Idem. Poſuerūt
in celū os ſuū viris celeſtib^o detra-
hendo et ſe vſqz ad celū magnificā-
do. ſz tñ lingua eoz trāſiuit in terra
de terrenis loquēdo et ea diligēdo.
Tercia cauſa eſt. qz liliū integrū

redolet cōfricatū fetet. Corpus enī
btē vginis fuit tanq̄ liliū integrū.
qz ſemp manſit illibatum: z iō ſemp
fuit odoriferū. Fuit enī vnctū vngē-
to odorifero q̄ ipm ſuauit integrū
et fecit odoriferū. illud aut vngētū
fuit conſectū ex tribus ſpecieb^o aro-
maticis. De quibus dī Ecclī. xxiiij.
Sic cynamomū z baſamū aroma-
tizās odorē dedi: q̄ſi myrrha elctā
dedi ſuauitatē odoris. Fuit enī pfe-
ctū de cynamomo hūilitatis. Cyna-
momū ei hz colorē terre. et iō eius
hūilitatē repñtat. fuit pfectū de bal-
ſamo deitatis. tūc enī dōs vtez in bal-
ſamauit qñ deitātē ſuā ibi poſuit. fu-
it pfectū de myrrha caſtitatē Myr-
rha enī pſuat corp^o a putredine et
ſcat caſtitatē q̄ ſuat corp^o a putre-
dine. Ex his ergo trib^o ſpēbus aro-
maticis. ſcz ex cynamomo hūilitatē
baſamo deitatis et myrrha caſtita-
tis conſectum eſt iſtud vngentum.
ex quo eius corpus fuit inunctum.
et ideo ſemper fuit integrum et odo-
riferum. De talibus vngentis dici-
tur Cant. quarto. Odoꝝ vngentoꝝ
rum tuozum ſuper omnia aromata
et quomā ſicut dictum eſt liliū in-
tegrum redolet conſricatum fetet.
Ideo eius corpus virgineum ſem-
per redolet quia ſemper integrum
fuit. Noſtra autez corpora cū ſunt
corrupta ſunt fetida. Yſaie. xxxiiij.
De cadaueribus eozum aſcendet fe-
tor. Jobelis primo capitulo. Com-
putruerunt iumēta in ſtercore ſuo.

Quarta cauſa eſt. qz liliū ozitur

de spinis et moratur inter spinas et tñ nō propter hoc admittit suū candorē nec odorē. imo q̄nto plus sentitur suus odor. tanto plus delectatur. Sic btā v̄go Maria fuit orta de spinis. i. de iudeis spinosis. et fuit ab eis punita spina doloris. Luce sc̄do. Tuā ip̄i⁹ aiām p̄trāsibit gladius. et tñ ip̄a semp̄ seruauit candorem sue p̄sciētie et odorē sue fame. et q̄nto plus aduersitas eā pungebat tanto maiorē odorē spirabat. Lanf̄ sc̄do. Sicut liliū inter spinas sic aīca mea inter filias. Qñ lilia ponuntur cū lilijs maiorē odorē reddunt. qñ v̄o lilia sunt cum spinis. fuāt tñ odorē suū. s̄z cū spine sunt cū spinis tūc dant sibi mutuas pūctiōes. Qñ enī boni sunt cū bonis: tūc sunt lilia cū lilijs. et tunc tot hñt odores quot hñt v̄tutes. Matth. xviii. Ubi sunt duo vel tres p̄gregati in noīe meo. ibi sum in medio eoz. Christus enī d̄z esse liliū. Lanf̄. ij. Ego flos campi et liliū cōualliū. Sancti viri sunt hortus dei in quib⁹ crescūt lilia virtutū. Lanf̄. vi. Dilect⁹ meus descendit in hortū suū vt pascatur in hortū et lilia colligat. Qñ enī serui di sunt insimul p̄gregati. tūc sunt lilia cuz lilijs posita. et ip̄e x̄ps qui est amator lilioz est in medio ipsoz et colliget lilia v̄tuū. Qñ v̄o boni sunt cū malis. tunc lilia sunt cum spinis. et tunc boni debent seruare candorem sue innocentie et odorē sue fame. et taliter illud liliū erat cum spinis qd̄ dicebat. Cum his qui oderunt pa-

cem eram pacificus. Quādo vero mali sunt cū malis et supbi cū superbis. tūc spine sunt cum spinis. et tūc mutuo se pungunt Prouerbio. xiiij. Inter supbos semper iurgia sunt.

Quinta causa est. qz liliū habz sex folia et habet sex angulos in radice iuxta numez suoz folioz. Sex folia fnerūt sex v̄ba que dixit beata virgo Maria. Sex enī vicib⁹ legitimus ip̄am locutā. bis cū angelo. scz quando dixit. quō fiet istud et c. et cum dixit. ecce ancilla domini. semel apud elyzabeth quādo eam salutauit et deū benedixit. bis cū filio cum dixit. fili quid fecisti nobis sic? et in cōuiuio quādo dixit. vinū non hñt. semel cū ministris nuptiarum quando dixit. quecunqz dixerit vobis facite. Ista autē sex folia siue verba procedebant ex radice charitatis. qz om̄ia fuerūt v̄ba charitativa et pietate plena. et quamuis sit vna radix charitatis. tñ habet dilectionis sex modos sic radix lilij quāuis sit vna tamē habet sex angulos. Primus modus fuit quo ipsa dilexit ip̄m deū super omnia reuerēdo. Sc̄dus quo dilexit aiām suā ipsaz cū om̄i sanctitate custodiendo. Tertius quo dilexit corpus suū ipsum in v̄ginitate p̄suādo. Quart⁹ quo dilexit domesticos et propinquos ip̄os morib⁹ informando. Quintus quo dilexit aīcos i deū. Sext⁹ quo dilexit inimicos propter deum. Sexta causa est. quia thalamum et cenacula regum lilijs adornantur

vt iocūdius quiescāt et vefcantur. z
qz vterus vginis fuit thalamus et
cenaculū christi. iō tot^o fuit lilijs ad
ornatus z circūdatus. Juxta illud
Cant. vij. Venter tuus sicut aceru^o
tritici vallatus lilijs tota enī fuit lili
is vallata. Nam a superiori fuit val
lata lilio eminētis charitatē. Ab in
feriori lilio interne puritatis. A dex
tris lilio tempantie in prosperis. A
sinistris lilio patientie in aduersis.
Ab anteriori lilio prouidentie in fu
turis. A posteriori lilio iusticie in p
teritū. qz pro pteritis bñficijs dō
semp gratias referebat. Et quia fu
it lilijs vallata et circūdata. Jō de
ea cantat ecclesia. Et sicut dies ver
ni circūdabāt eā flores rosaz z lilia
cōuallū. Inter ista lilia dilectus. i.
christus pascebatur. Cant. ij. Dile
ctus meus mihi z ego illi qui pasci^o
inter lilia. Nā pmo pascebatur lilio
supiori. qz delectabatur in ei^o cha
ritate. Modo lilio inferiori. qz dele
ctabatur in eius humilitate. Mō li
lio interiori. qz delectabatur in ei^o
puritate. Mō lilio exteriori. qz de
lectabatur in eius virginitate. Mō
lilio a dextris. quia delectabatur in
eius tpantia. Modo lilio a sinistris
quia delectabatur in eius paciētia.
Mō lilio anteriori. quia delectaba
tur in eius prouidentia. Modo li
lio posteriori. quia delectabatur in
eius iusticia. z qm̄ tota sic fuit flori
da. iō oīa q̄ p ipam deo offerimus
sunt deo accepta. Bernard. in hmo
ne de natiuitate eius qcqd illud est

q̄ dō paras offerre gratissimis ma
nib^o marie trade. Nimirū cādidi^o
ma lilia qdā sunt nec causabatur il
le lilioz amatoz inter lilia inuentuz
quicqd illud sit qd̄ inter manus ma
rie inuenerit. Septia causa ē. qz
liliū multiplicē hz v^o tūcē. Nā tumo
rē sedat saniem purgat z morsū ser
pentis curat. Eodē modo btā vgo
maria sanat tumorē superbie exem
plo sue hūilitatis. purgat sanie luxu
rie exēplo sue vgitatis. curat mor
sum serpentis. i. serpentine auaricie
exemplo sue paup^otatis. Auarus cū
est morsus sine cib^o spētis. qz cum
auarus diligēdo terrena effici^o ter
ra z terra sit cib^o spētis. Juxta illd
Ben. iij. Terrā comedes cūct̄ die
bus vite tue. iō auarus ē datus ser
penti infernali in cibū.

Quomodo beata vgo maria est
lucida et luminosa.

Lucida et luminosa tota ē beata
vgo maria. De cui^o luce z lu
minositate dī Cant. vi. Que ē ista q̄
progredit̄ q̄si auroza z surgēs pul
chra vt luna electa vt sol terribil^o vt
castroz acies ordinata. Ista autē
luminositas potest attendi ex parte
nostri z ex parte sui. Nam inq̄ntuz
attēditur ex parte nostri z ipa qbus
dā lucebit adinstar auroze qn̄ scz te
nebras culpe fugat et lucem gratie
donat. Quibusdam adinstar lune.
qn̄ eos ab estu viciozum refrigerat
Quibusdam adinstar solis. qn̄ eos
ad amorem dei incendit z inflāmat

Quibusdā ad modū aciei ordinate
quā ex refulgentia suoz meritoꝝ de
mones terret ⁊ fugat Scdo ista lu
minositas pōt attēdi ex pte sui. ⁊ tūc
dicendū q̄ in ipsa fulsit vt lux auro
re in sui sc̄tificatione. Tūc enī spūs
sc̄tūs oēm nubē pcti originalis ab
stulit ⁊ iō tota clara r̄fulsit. ij. Regū
xxiij. Lux aurore oriente sole mane
absq̄ nubib⁹ rutilat. Auroza mox
vt incipit semp̄ crescit donec p̄fectū
diē facit Sic br̄a virgo maria post
sui sc̄tificationē semp̄ creuit in vte
ro donec p̄fectionis cumulū appre
hēdit Prover. iij. Semita iustoz
q̄si lux splēdēs procedit ⁊ crescit vs
q̄ ad p̄fectū diē. Ip̄a enī fuit lux
splēdēs in iustificatiōe processit in
spūs sc̄ti sup̄uētiōe. creuit in filij di
ceptiōe: s̄ facta est p̄fecta dies in
sui assumptiōe. Scdo fulsit i ea lux
lune ⁊ hoc in filij dei ⁊ceptiōe. Ec
clesiastici. xliij. A luna oñsio t̄pis et
signū cui a luna signū diei festi. Ip̄
sa enī diuina sapientia incarnata
tūc oñdit suā t̄p̄alitatē eternitatē et
festiuitatē. suaz t̄p̄alitatē q̄ntum ad
naturā humanā quā in tempore as
sumpsit. ideo dicitur luna ostēsiō tē
poris. suam eternitatē q̄ntū ad na
turā diuinā. ideo subditur et signū
cui. suam festiuitatē q̄n nature diui
ne humanā naturā vniuit. Un̄ sub
dit a luna signū diei festi. tūc ei ma
gnū festū fecerat pater q̄n ip̄m fili
um incarnari p̄stituit fili⁹ qui et q̄n
ip̄am humanam naturā sibi vniuit.
Spūs sc̄tūs qui q̄n in ⁊ginem sup̄

uenit Virgo q̄ sue carnis materiam
ministravit et ipse angelus qui hec
oñia nūcianit. Om̄s isti in ⁊iunctio
ne hūane nature cū diuina magnū
festū in vtero btē marie virgis ha
buerūt. Tercio fulsit in ea lux solis
et hoc in sui assumptione De sole au
tem St Aug⁹. Videm⁹ solē fulgētē
calentē ⁊ currentē. Ip̄sa quide est
tota fulgida p̄re inestimabili clari
tate tota ignita p̄re indicibili chari
tate tota velox ⁊ p̄rompta p̄re visce
rosa pietate. Quarto fulsit in ea lux
castroz vt acies ordinata et hoc in
omniū sanctoz et angeloz venera
tione. Acies castroz vno modo ap
pellatur dispositio Itellarū. i. ange
loꝝ et sanctorū qui eam circūdat
venerātur ⁊ ornant. Ista est enī il
la mulier de qua dī Apoē. xij. q̄ in
capite ei⁹ erat corona duodeci Itel
larū. Duodenari⁹ numer⁹ ex dupli
ci senario surgit. Senari⁹ aut̄ est p̄
feci⁹ numer⁹. p̄ p̄mū iḡr senarium
intelligūtur om̄s sc̄ti de ecclia mili
tante qui h̄nt p̄fectionē gr̄e. p̄ sc̄dm
senariū intelligūtur om̄es sancti de
ecclia triūphāte qui h̄nt p̄fectionē
glorie. Om̄es isti sunt beate marie
fulgens corona. quia ipsa est omni
um regina.

Quo br̄a ⁊go maria p̄p̄at lune
Una dī virgo maria propter
quattuor causas. Primo pro
pter suam humilitatez. sicut enī lūa
oib⁹ planetis ē inferior. sic br̄a ⁊go
maria om̄ibus sanctis fuit hūilior.
vñ ⁊ cū lucas oēs ap̄los p̄nūerass̄

ipaz in fine omniū cōnumerare vo-
luit tanq̄ q̄ inferiorē oīm se reputa-
uit. vt hētur Act. p̄mo. Nabet enī
luna hoc propriū q̄ crescit vsq; ad
diem xliij. vl. xv. quousq; scz in ipā
imago cuiusdā hoīs integra videat̄
et vltra crescere nō pōt z postea de-
crescit Eodē mō btā ŷgo maria cre-
uit vsq; ad etatis sue annū xliij. z vl-
tra ampli⁹ nō potuit crescere. quia
tūc illa etate creditur ꝓcepisse xpm.
et tūc ipē qui est imago dei inuisibil̄
in ei⁹ vtero vir p̄fect⁹ extitit. n̄ q̄ntū
ad deitatē: scz q̄ntū ad sapiam et om-
niū gr̄arū plenitudinē. Jere. xxj.
Nouū faciet dñs super terrā. femi-
na circūdabit virū. Postq̄ aut̄ in-
tantū creuit statim in sua reputatio-
ne decrescere cepit. qz nō matrē di-
nō reginā celi: scz ancillam dei se ap-
pellauit: dicēs. Respexit hūilitatem
ancille sue. iō dī Eccli. xliij. De luna
q̄ est lūmare qd̄ minuit in ꝓsuma-
tione. qz beata ŷgo maria multū se
hūiliauit in filij dei ꝓceptiōe. Ul̄ p̄t
dici q̄ ista luna multū creuit in gau-
dio in filij sui ꝓceptiōe Scz postmo-
dū decreuit in passione ꝓ trilitiā et
dolorē. Luna aut̄ crescēs habz cor-
nua ŷsus solis ortū decrescens ŷo
ŷsus solis occasuz. Quia btā ŷgo
maria habuit duo cornua que ipāz
disposuerūt ad christi ortū. scz hūi-
litatē z ŷginitatē cū quib⁹ q̄si cum
duob⁹ cornib⁹ eius ortum respicie-
bat. Eius aut̄ occasum. i. passionem
ei⁹ respexit cū duob⁹ alijs cornib⁹
scz cum dolore quē habuit de mor-

te filij. et gaudiū qd̄ habuit de redē-
ptione hūani generis. Scdo dī lu-
na propter pietatē. ipām oñdit ma-
xime sup̄ tria genera hoīm. scz sup̄
illos qui in deuotione sunt aridi. si-
cut enī luna ceteris planetis est ter-
re magis vicina. sic z ipsa est vicina
magis illi qui reputant se aridos tā-
quā terrā. qz sua ariditatem cogno-
scētes dicunt cū ps̄. Anima nostra
sicut terra sine aqua tibi. Et sicut cre-
scente luna crescut medulle. sic z ad-
ueniente auxilio beate marie virgī-
nis crescut medulla deuotionis. De-
uotio enī est medulla z irrigatio os-
sium. i. virtutū. Proverbiorum. iij.
Scdo oñdit sup̄ illos qui sunt ama-
ricati. sic ei luna mari dn̄at: sic z ipā
tribulatis auxiliat̄. Und̄ ipsa vocat̄
stella maris Tercio oñdit sup̄ illos
qui sunt pctōruz tenebris inuoluti.
Sic enī luna lucet in nocte. sic ma-
ria lucet pctōrib⁹ qui sunt in obscu-
ritate culpe. Nā sic dī Beñ. j. fecit
de⁹ duo magna lūaria. mar⁹. i. xp̄z
vt p̄cesset dī. i. iustis. Et lūiare mi-
nus. i. btāz ŷginē mariā vt p̄cessz
nocti. i. pctōrib⁹. Et sic luna ceteris
planet̄ citi⁹ ꝓficit suū cursū. sic btā
ŷgo maria p̄ ceteris sc̄tis citius
pctōrib⁹ suū p̄ebet auxiliū. Tercō
dicitur luna propter suam virgini-
tatem. Unde dī Eccli. xliij. de luna
fm̄ l̄ram Clas castroz in excelsis in
firmamento celi resplendens gl̄io-
se. Luna enī dicitur vas castozū qz
ad litteram olim mulieres z viri ca-
sti z mulieres caste ipāz colebāt. i.

vocabatur ab eis lucina: sz mō per
sincopā dī luna. Un̄ dē de ea Virgi
lius. Casta faue lucina tuis. Nabe
bant enī ŷgines duas deas. scz ip
sam Lucina z qndā aliā quā voca
bāt vestā. Un̄ z dee veste templum
fecerūt z ibi in ŷginitate in suis ob
sequiis insitebant. Istud vas ca
sta fuit btā virgo maria q̄ intra sua
viscera pietatis recepit om̄s qui ha
bent mundiciā castitatis: z resplen
dēt in firmamēto celi gliose. quia in
ecclia militate om̄ib⁹ dat exmpluz
ŷginitatis ppetue.

Quomodo beata virgo Maria
compatur lune.

Una est beata ŷgo maria. ip
sa enī est luna pulchra. Cant.
vj. pulchra vt luna. plena. Eccli. ij.
Quasi luua plena in diebus suis lu
cet. luna pfecta. Ps̄. Thron⁹ eius
sicut sol in ŷpectu meo: z sicut luna
pfecta in eternum. Est iḡ luna pul
chra imo pulchrior q̄ luna. Luna
enī habet lucē mutuata eclipsatam.
et maculis resparsam Nabz quidē
lucē mutuata: qz nō lucet luce pro
pria sz a sole mutuata. tales sunt hy
pocrite qui hnt lucez mutuata: nō a
ŷo sole iusticie: sed ab hūano fauo
re. Johā. v. Quō putatis vos cre
dere qui gloriā ab inuicē accipitis.
et glīam q̄ a solo dō est n̄ q̄rit. Bea
ta autē virgo maria habuit quidem
lucē mutuata scz a sole iusticie n̄ ab
exteriori fauore. Ps̄. Dis glia ei⁹
abint⁹ in fimbrijs aureis. Scdo lu
na hz lucē eclipsatā. lux at btē ma

rie i passiōe xp̄i visa ē eclipsari prop
ter doloris sui vehemētia. sz eclipsa
ri n̄ potuit q̄ntū ad fidei ŷtatiā Ec
clesiasti. xxiiij. Usq; i futurū sc̄m nō
desinat. fides qdē aploz in passiōe
xp̄i desit. sed fides btē marie desine
re n̄ potuit. Tercō lūa hz lucē vari
atā. qz sepe in luce variat z mutat.
vñ dī Eccli. xxvij. Stult⁹ vt lūa mu
tat. Est autē q̄druplex mutabilitas.
Pr̄ia ē i mēte: qz p diuersas affecti
ones sepe mouet. Scda ē in corpe
qz mltiplici mutabilitati z corrupti
oni subijcitur. Tercia ē fortune. qz
ip̄a tp̄alia ŷtinue variat. Quarta ē
culpe q̄ ē in pctōrib⁹ q̄ d vicio sp̄ flu
unt in viciū. Sz istā q̄druplice mu
tabilitatē ip̄a sub pedib⁹ hūit. iuxta
illd̄ Apoc. xij. Mlier amicta sole et
lūa sub pedib⁹ ei⁹. Ip̄a ei oēm mu
tabilitatē aīmi sp̄ vitauit ip̄a gliazi
mortalitatē i corpe iduit. ip̄a oīa tē
na z tp̄alia ꝑculcauit. ip̄a ab oī cul
pa sp̄ immunis extitit. Quarto luna
hz lucē maculis resparsa. Sz btā
virgo maria nunq̄ hūit aliquā ma
cula nec i cogitatōib⁹. qz he sp̄ fue
rūt sc̄tē. nec i affectiōib⁹: qz sp̄ fuerūt
mūde. nec i intētiōib⁹: qz sp̄ fuerūt
recte. Cant. iiii. Tota pulchra es aī
ca mea z macula n̄ ē in te. fuit ei pul
chra i cogitatōib⁹. tota pulchra in
affectiōib⁹ sine macula in intētiōib⁹
Scdo fuit lūa plēa. tē ei lūa ē plēa:
qñ hz plēitudinē i luce. i virtute. z i
figura: Istā t̄plicē plēitudinē hūit
btā virgo maria. p̄mo ei hūit plēitu
dinē lucis. i. puritatē i carne. sap. vij

Nihil inquinatū in illa incurrit. Cā
dor enī est lucis eterne speculū sine
macula et imago bonitatis illi⁹ In
carne enī sua nihil fuit corruptiois
et iō dī nihil ipuritatē inquinatuz
in illā incurrit. iō subdit. candor est
lucis eterne et speculū sine macula.
nihil impugnatōis: qz ad similitudinē
et imaginē filij sui omnia in carne sua
pacificata fuerūt. iō subdit et ima
go bonitatis illi⁹ Scdo habuit ple
nitudinē virtutis. i. pietatis in ope.
eius quidē pietas ondit sup amari
tatos qd hcat p hoc q luna hz vir
tē sup mare. onditur sup debiles et
infirmos qd hcat p hoc q crescente
luna melioratur omnia hūida. qz ap
parente eius pietate fornicant oia
infirmā. onditur sup tenebrosos q
hcat p hoc q luna lucet de nocte qz
pietas marie manifestat in tribula
tiōe. ondit sup aridos z in deuotos
qd hcat p hoc q crescēte luce lune
crescūt medulle: qz adueniēte ei⁹ lu
ce grē crescit hō in deuotiōe Tercō
habuit plenitudinē figure. i. chari
tatis in corde. Figure enī sperica ē
mobilis capax z sine carens. qz ei⁹
charitas ē pōptissima ad subueni
endū. latissima ad capiendū. indefi
cientissima ad pdurādū. Tercio dī
luna pfecta. tūc enī luna est pfecta
qn hz lucē pfectā q illuminat noctez
totā. Sūt quidā qui hnt lucē plenā
qui hnt vita actiua z pteplatiuam.
Alij semiplenā: qz hnt tm altez illa
rū. Alij vacuā qz carēt vtroqz. Btā
autē virgo maria semp fuit luna p-

fecta: qz semper vtraqz vita refulsit
Luna etiā tūc est pfecta qn lucz in
principio noctis in medio et in fine
Sunt quidā qui fulgent in princi
pio sicut bene incipientes. Alij i me
dio sicut boni proficiētes. Beata at
virgo maria fulsit in suo principio.
qz in vtero fuit sanctificata. In me
dio quia a dei filio fuit impregnata
In fine qz ad dei dexterā gloriose
fuit assumpta. Ps. Thronus eius
sicut sol in conspectu meo: z sicut lu
na perfecta in eternuz z testis fide
lis in celo. Ipsa enī fuit sicut luna p
fecta in sui sanctificatione z sicut sol
in filij conceptione. z sicut testis fi
delis in celo in nostra apud deū ad
uocatiōe. Vel potest dici q ipsa est
thronus inqntū in ipsa deus sedet
et requieuit. Et sicut sol inqntuz iu
stis dat lucem sapientie z calozē di
uine gratie. Est sicut luna inqntum
lucz peccatoribus qui sunt in nocte
culpe. Vel inqntū lucet in tribulati
one. Et est sicut testis fidelis inqnt
tum dicit veritatem coram deo pro
vtriusqz scz iustis z peccatoribus qz
sicut dicitur Proverbiorum. xiiij.
Testis fidelis non mentietur.

Quomodo beata virgo Maria
comparatur lune.

Una aliqn ex toto est obscura
aliqn ex toto lucida z hcat bea
tā hginē mariā q aliqn fuit obscu
ra aliqn lucida tota Aliqn ex pte ob
scura. aliqn ex pte lucida. Luna at

tripliciter obscurat. sicut dicit Aug⁹.
Aut quoniam nubibus tegitur aut quoniam eclipsatur
aut quoniam renouatur. sicut patet in nouilunio.
Sic beata virgo maria in hoc mundo fuit tripliciter obscurata
Primo per nimiam humilitatem quam fuit quam
si quaedam nubes obscura quam suam claritatem
obumbrabit. Lanf. primo. Nigra sum
sed formosa. Ac si dicat. Nigra sum
exterius per humilitatem: sed formosa interius
per maiestatem. Secundo per doloris
acerbiteriam et hoc in filii sui passione
ubi passa est eclipsim per vehementiam
doloris. Johelis secundo. Sol. i. christus
conuertitur in tenebras per mortem. Et
luna. i. beata virgo maria in sanguine
per passionem et dolorem Tercio per mor-
tem corporalem. tunc enim facta est obscura
quoniam ab eius corpore recessit anima et obscu-
rata est in morte ut fieret nouilunium
in resurrectione: et tunc fuit luna in
eternum perfecta. Ps. Sicut luna perfecta
in eternum. Secundo ista luna ex toto
fuit lucida in sui assumptione. quia
in corpore et anima fuit glorificata: et nobis
etiam lucet per sua beneficia Tunc autem est luna
tota lucida quoniam lucet in principio
notis in medio et in fine per noctem tribu-
lationis significat. Sunt igitur quidam
sancti qui adiuuant in principio tri-
bulationis. Alii sunt qui dimittunt
hominem in tribulationibus et temptationibus.
primo in principio: sed postmodum
adiuant in medio. Alii sunt qui
dimittunt hominem tribulari et temptari
in principio et in medio: sed postmodum
adiuant et succurrunt in ultimo. Sed
beata virgo maria semper lucet homini tribula-

to in principio dando instantiam in me-
dio dando perseuerantiam. et in fine dan-
do coronam. Nec est ei stella maris
quam alii stellis occidentibus nunquam oc-
cidit. quia alii sanctis ex merito cul-
pe nostre sua suffragia subtrahentibus
ipsa semper subuenit. Tercio ista luna
fuit ex parte obscura et ex parte lucida et
hoc in filii passionem ubi obscura erat
et lucebat. Fuit enim obscura per dolo-
ris vehementiam. sicut enim quoniam sol eclipsatur.
luna inter nos et sole opposita
tota apparet nigra. i. dolore plena
Luce. ij. Tuam ipsius animam pertransibit
gladius. tunc autem non est passa unum
gladium vel duos: sed tres. Juxta illud
Ezechiel. xxi Dupliciter ter gladius
ac tripliciter unum gladius fuit quoniam ipsa
mater sepebat a filio et est amarus
Secundus fuit sepeatio anime christi a corpo-
re proprio et ille fuit amarior in matre
Tercio fuit sepeatio spiritus marie a spi-
ritu christi. et iste fuit amarissimus. Ipsa
enim adherens christo unum spiritus erat cum
ipso. anima quidem corpus uiuificabat.
sed spiritus suus cum spiritu christi unum erat.
quoniam igitur christus emisit spiritum suum: ma-
rie perdidit suum. spiritus enim marie magis
erat cum filio quam in corpore proprio.
Bernardus. Tuam animam beata virgo maria per-
transiuit vis doloris ut te plus quam mar-
tyrem non immerito predicemus. In qua
nimirum corpore sensum passionis ex-
cessit affectus compassionis. Nihilominus
tamen et tunc lucebat: quia lumen fidei
dei inextinguibiliter persequabat. Sa-
pientie vij Inextinguibile lumen illud
Prover. vi. Non extinguetur in nocte

Lucerna ei⁹. Ecclesiastici. xxiii. Ego feci in celo vt oziretur lumen indeficiens. Duo quidem sunt celi qui nū q̄ lumē suū amiserunt. scz christus qui etiaz in sua morte non perdidit lumen deitatis sue: sed eius deitas etiam fuerat cu3 corpore in tumulo et cum anima in limbo. Aliud celuz fuit mater sua que lumē fidei et gratie nunq̄ amisit. quādo luna est super terrā z sol recto diametro in opposito subtus terram. tunc luna obscuratur siue eclipsatur: sed non est sic de nostra luna. quia quando sol christ⁹ fuit subtus terrā in inferno luna nostra super terrā mansit et tamen lumen fidei amittere non potuit. qz vmbra terre. id est infidelitas terrenozū ad eam ascendere nequit. et tenebra infidelitatis eaz non comprehendit. Unde. q̄ dicitur de filio potest dici de ipsa. Iohis p̄mo. Lux in tenebris lucet et tenebre eā non comprehenderunt. Letere aut stelle id est apostoli obscurati fuerunt. quia lucem fidei perdididerunt Job. iij. Obscurentur stelle caligine eius.

Quomodo beata virgo Maria comparatur luci.

Vt dicitur beata v̄go maria propter multas ipsius lucis proprietates. Lux enī habz primo in situ sublimitatē. quia ozitur in celo. Ecclesiastici. xxiii. Ego feci in celis vt oziretur lumen indeficiens. Istā sublimitatē habet virgo Ma

ria. quia est sublimior vniuersis Ecclesiastici. xxiii. Quare dies diem supat et lux lucem et annus annū et sol solem. Ad litterā enīz dies diem supat. quia dies estiuales supat diē hiemale. et lux solis lucē lune et annus solaris annuz lunarē. quia annus solaris habet dies .ccc. et .lxv. annus lunaris v̄o. ccc. et .liiij. Sol etiā superat solem non aliū: sed seipsum in calore et in mora. nunc enim calidior. nunc minus calidus sentitur. nunc plus moratur in n̄o emisserio. nunc v̄o minus. Possunt tamen hec verba exponi de beata virgine maria. Sancti enī viri sunt dies. j. Thessal. v. Omnes enī vos filij lucis estis: et filij diei Angeli v̄o sunt lux. Genes p̄mo. Fiat lux: et facta est lux. Beata autē virgo maria in presenti fuit dies propter claritatem id est sanctitatez sue vite. et fuit lux propter puritatē virginalis mūdicie. Dies ergo superat diem quia eius sanctitas superat omnē sanctitatem humanā. et lux superat lucez quia eius puritas superat omnē puritatē angelicam Non autē tantum superabat sanctos et angelos dum esset in hac vita. sed etiā superat omnes qui sunt in gloria. idō subditur et annus annū et sol solem. Est enīz quidam annus eternitatis qui ē in gloria. et annus temporalitatis et ē in presenti vita. Sancti igitur qui sunt in gloria. sunt in anno eternitatis q̄ntum ad animā. sed in anno temporalitatis quātū ad corpus. quia

eōrum corpora adhuc corruptioni subijciuntur. Beata autem virgo maria est in anno eternitatis q̄ntuz ad animā et q̄ntū ad corpus. et iō eius ann⁹ alios annos superat: similiter sol solem superat. Anime enim beatorum ad instar solis splendent dei claritate et calent dei amore. sed tñ anima beate marie virginis omib⁹ alijs plena est maiori cognitione et magis feruente dei amore. et iō sol supat solem. Secōdo lux habet in substantia puritatē. Sic et beata virgo maria oimodaz habuit puritatem. Non est eniz aliquis ita sanctus in cui⁹ cor aliqui non intret aliqua vana cogitatio vel sinistra intentio vel aliqua carnalis affectio. De ista autē dicitur sapientie. vij. Vapor enī est virtutis dei et emanatio quidez claritatis di sincera: et ideo nihil inquinatum in eā incurrit. Ipsa eniz habuit cogitationes odoriferas. iō dī q̄ sit vapor dei Dabuit intentiones sanctas. iō dī q̄ sit emanatio di Dabuit affectiones mūdas. iō dī q̄ nihil inquinatū in illam incurrit. Tercio lux habz in aspectu delectabilitatē Ecclesiastes xj. Dulce lumē et delectabile est oculis videre solē. Tria sunt in beata virgine que deo faciunt magna delectabilitatē. scilicet decora facies dulcis vox et pulchritudo eius De duobus p̄mis dī Land. ij. Ostende mihi faciē tuā sonet vox tua in auribus meis. vox ei tua dulcis et facies tua decora. pulchritudo autē eius tanta est q̄ vincit

omnē aliā pulchritudinē. Sap. vij. Speciosior est sole et sup oēz dispositionē stellaz luci p̄pata inuenitur purior. illi enī succedit nox. sapiētia autē vincit maliciā Ex quibus h̄bis habetur q̄ eius pulchritudo vincit pulchritudinē corpalez. scz solis. iō dī speciosior est sole. Vincit pulchritudinē intellectualē. et iō subdit sup omnē dispositionē stellarū id est angeloz luci cōpata inuenitur purior. Vincit pulchritudinē rōnalez. quia non est aliquis in hac vita in cui⁹ intellectu non sit aliqua nox alicui⁹ ignorantie et in affectu aliqua macula affectionis terrene. Sed btā virgo maria habuit intellectū clarissimū sine nocte alicui⁹ ignorantie. iō subditur illi scz luci rōnali succedit nox. Dabuit etiā affectū sine macula alicui⁹ affectionis terrene. iō subditur. sapiētia autē vincit maliciā. Propter ista tria deo tam delectabilia. scz faciē ei⁹. vocē eius. et pulchritudinē ei⁹. Dī Judith. xj. Nō est talis mulier sup terrā in aspectu pulchritudine et in sensu h̄borum. Quarto lux habet in motu velocitatē. qz sine t̄p̄is spacio replet omnia in momento. Sic beata virgo maria est velocissima ad succurrenduz nobis. Sap. vij. Om̄ibus mobilibus mobilior est sapiētia. ip̄a enī p̄ occupat eos qui se p̄cupiscūt: vt se illis p̄oz oñdat. ip̄a circuit vt inueniat seipsa dignos existentes. Ibidem. Dignos seipsa circuit querens et in vicijs suis ostēdit se hilariter. Ipsa

obuiat querētibus *Ecclesiastici xv.*
Obuiabit illi quasi mulier honori-
ficata. Ipsa assistit inuenientibus.
Sapientie. vi. Qui de luce vigila-
uerit ad illā non laborabit assilten-
tem enī illā foribus suis adinueniet
Quinto lux habet in effectu utilita-
tem. quia dirigit itinerātes. excitat
dormientes. calefacit frigidos. asse-
curat timidos. Sic lux gratie dei q̄
habetur per mariā itinerantes per
vias hmōi dirigit. *Johis. xij.* Qui
ambulat in tenebris nescit quo va-
dit. quia lucē huius mundi non hz.
Secdo dormientes in peccato sur-
gere facit. ad *Ephef. v.* Surge qui
dormis et exurge a mortuis et illu-
minabit te *Christus*. id est gratia
christi que habetur p̄ mariā. Ipsa
frigidos in amore calefacit. vbi enī
minus est de luce: ibi minus de ca-
lore. Sed beata virgo maria lucez
sue gratie spargit et sic est um diuini
amoris in cordibus nostris accen-
dit. *Job. xxx viij.* Per quam viam
spargitur lux diuiditur estus super
terram. Ipsa timidos securos red-
dit. multi enī timent in tenebris qui
sunt in luce securi. et ista securitas &
eterna beatitudine nō habetur nisi
per spem. *P̄s.* Dominus illumina-
tio mea et salus mea: quē tibo. et in
fra. Si consultant aduersum me ca-
stra: in hoc ego sperabo. Propter
ista quattuor ip̄a dicit *Ecclesiastici*
xxiiij. Ego mater pulchre dilectio-
nis et timoris et agnitōis et sancte
spei. Ipsa enī frigidos in di amore

calefacit. et ideo dicitur mater pul-
chre dilectionis. Ipsa dormientes
in peccato surgere facit. ideo dicitur
timoris. quia sicut dicitur *Prover*
xv. Per timorem dñi declinat om-
nis homo a malo. Ipsa errantes in
viam salutis sapienter dirigit. ideo
dicitur et agnitionis. Ipsa timidos
ad spem salutis reuocat. ideo dicit.
et sancte spei.

Quomodo beata virgo Maria
dicitur lux.

Ux beata virgo maria merito
dici potest. Lux enī om̄ia cor-
pora excellit sua dignitate. Und̄ di-
cit *Aug⁹* q̄ inter corpora lux pmū lo-
cū tenet om̄ia clarificat sua pulchri-
tudine. Und̄ dicit *ambrosius* q̄ lux
facit vt cetera mūdi mēbra sint pul-
chra et laudibus digna. om̄ibus se-
cōicat ex sua bonitate. quia bonum
est sui cōicatiuū. ideo lux est tāte bo-
nitatis q̄ mox vt ip̄a oritur p̄ totam
orbem diffunditur. Beata igit̄ ma-
ria d̄ lux propter sui dignitatē. pul-
chritudinē. et bonitatē. sicut enī lux
excedit om̄ia corpora. sic brā vgo ma-
ria excedit om̄ia creata. tā angelos
q̄ om̄s sanctos. *Sapientie. viij.* Su-
per omnē dispositionē stellaz. .i. an-
geloz et sanctoz luci p̄pata inueni-
tur prior. In hoc etiaz ostenditur
eius magna dignitas. quia sicut de
luce primaria. id est de nubecula lu-
cida sol fuit factus. sic de virgine lu-
cida sol iusticie fuit natus. In hoc

etiam apparet eius dignitas. quia
ceteri sancti vocantur luminaria. vt
habetur ad Phil. ij. Ipsa vero dici
tur sole amicta. Apocal. xij. Bern.
Iure maria sole prohibetur amicta
que diuine sapientie profundissi
mam penetrauit abyssum vt quatū
creature conditio sine psonali vnio
ne patitur illi luci inaccessibili vide
atur immersa. Secdo dicitur lux pro
pter suam pulchritudinē. De cuius
pulchritudine dicitur Sapientie. vij. Lū
dor est enī lucis eterne et speculum
sine macula et nichil inquinatum in
eam incurrit. Habet enim corp⁹ can
didū et virgineū. habuit spiritū sine
macula tanq̄ speculū. quia clare spe
culabatur deum. habuit animā in
coinquinatā et nullū habuit pecca
tum. Tercio dicitur lux propter
suam bonitatē. quia omnibus bene
ficia cōicat. Unde potest dici de ea
illud Isaie. xlix. Dedi te in lucē gen
tium vt sis salus mea vsq̄ ad extre
mū terre. Nam sicut capacitātē reci
pientū infundit lucē suaz gratiarū
Prouer. iij. Iustorum semita qua
si lux splendens procedit et crescit
vsq̄ ad perfectū diem. Quibusda
enī se diffundit in modū aurore siue
lucis splendentis sicut incipientibus
quibus dat gratiā puenientē Alijs
in modū lucis crescentis sicut profici
entibus quibus dat gratiā proficien
tem. Alijs in modū diei pfecte sicut
ip̄is profectis siue pfectis quibus
dat gratiā pficiētē. Ut pōt dici qd
lux habet multiplices virtutes prop

ter quas beatā virgo maria luci assumi
latur. Primo enim habet virtutē leti
ficatiuā. Prouer. xv. Lux oculorū
letificat aīam. Sic beatā virgo maria
letificauit deū p suā hūilitatē. ange
lū p suā virginatē. et gen⁹ humanū
per suam fecunditatē. Nestor. viij.
Iudeis noua lux oriri visa est gau
diū honor et tripudiū. Ipsa enim fecit
gaudiū deo honorez generi hūano
et tripudiū angelo Secdo lux habet
virtutē pueriua Nam in visceribus
terre argentū viuū puerit in aurū.
Sic etiā beatā virgo maria hoīes in
stabilis et inflexibiles sepe facit p
fectos et pseuerātes dū eoz viscera
penetrat et ea illustrat. Eccli. xxliij.
Penetrabo inferiores ptes terre.
Job xxij. Dabit pro terra silicem ⁊
pro silice torrentes aureos. Sunt
quidā terrei id est fragiles et infir
mi. Alij sunt sicut siler id est constā
tes et fortes sicut boni actiui. Alij
sunt aurei. id est charitate dei pleni
sicut contemplatiui. Beatā igitur vir
go maria tunc dat pro terra silicem
quā actiuos debiles facit fortes tūc
dat pro silice torrentes aureos quā
actiuos etiā facit pteplatiuos et in
di amore deuotos Tercio lux habet
virtutē maturatiuā. fructus enī acer
bos fouet et nutrit ⁊ ad maturitatē
atq̄ dulcedinē producit. Nam sicut
phōs sol est p̄ planetaz ⁊ luna m̄
Sic etiā beata virgo affectiōes im
maturas id est in deuotos producit
ad maturitatē hoc est ad interne de
uotionis suauitatē. et sicut christus

omniū affectionū sanctarū est pater
Ita btā virgo maria est m̄r. Cū d̄
Deuterono. xxiiij. De pomis fruc-
tuū solis et lune. id est generatis et
maturatis bñficio solis .i. christi et
lune. i. v̄gis marie. fruct⁹ etiā acer-
bos. i. tribulationes amaras. p̄uertit
in dulcedinē q̄d significatum est
Jobis. ij. vbi christus ad p̄ces ma-
tris aquā p̄uertit in vinū. q̄z d̄s ad
p̄ces virginis aquas tribulatio-
nis sepe p̄uertit in vinū interne con-
solationis.

Qualiter beata virgo Maria
est manus dei omnipotentis.

Anus dei est beata virgo ma-
ria. De qua dicitur Lantiē. v.
Manus eius tornatiles auree ple-
ne iacinctis. vbi quattuor dicuntur
sc̄z q̄ ip̄a sit manus. et man⁹ tornati-
lis et aurea et iacinctina. Dicit̄ enīz
manus. q̄z sicut in manu sunt quin-
q̄z distinctiones digitorū. sic in ipsa
sunt quinq̄z effectus gratiarū. Pri-
mus nāq̄z digitus d̄z pollex a pollē-
do. eo q̄ p̄re ceteris polleat virtute
et potestate. Sc̄d̄s d̄z index. q̄z p̄ il-
lū om̄ia indicam⁹. Tercius d̄z me-
dius sine median⁹. q̄z est medi⁹ hic
et inde. Quartus dicitur medicina-
lis. quia eo a medicis certa colliria
colligantur. Quint⁹ d̄z auricularis.
q̄z per eum aures scalpimus. Ut d̄t
Isidorus. Tūc igitur btā v̄go ma-
ria est nobis tanq̄z pollex. q̄n potē-
ter nos in ciuitatē celestem introdu-

cit. Ecclesiastici. xxiiij. In hierusalē
ptās mea Tūc est sicut index quan-
do sapienter viam que ducit ad ciui-
tatem celestem nobis ostendit. Ip-
sa enī ambulatibus obuiat et p̄ vi-
am deducit. Ecclesiastici. xv. Obui-
abit q̄si mater honorificata. Pro-
uerbio. iij. Ducā te p̄ semitas equi-
tatis et̄. Tūc enī est nobis sicut di-
gitus medius q̄n tanq̄z mediatrix
nos d̄o recōsiliat. Ecclesiastici. xxvj
Mulier fortis oblectat virū suum.
Ipsa enī virū suū oblectat q̄n nos
deo recōsiliat. Tūc est sicut digi-
tus medicinalis q̄n vulnera pecca-
torum nostrorum sanat. Eccl̄. xliij.
Medicina omniū in festinatōe ne-
bule. i. in festina subuēctione marie.
que dicitur nebula. quia a terrenis
elevatora. Tūc est sicut digitus auri-
cularis quando aurem cordis no-
stri aperit vt dei verba audeamus
dicēs Eccl̄. xxxix. Obaudite me di-
uini fruct⁹. Eccl̄. xxiiij. Qui audit
me non cōfundetur. Sc̄do ista
manus fuit tornatilis. vas tornati-
le est q̄d a tornō efficiē. Accipit autē
ab ip̄o tornō rotunditatē. a rotundi-
tate mobilitatē. a mobilitate veloci-
tatē. Manus enī beate marie facte
sunt a tornō id est ab opifice deo ex
hoc habent rotunditatē. Uas autē
rotundū nullū habet angulū. quia
vbi angulus ibi impuritas ibi ob-
scuritas ibi obliquitas. sc̄z ip̄a ad tor-
nū facta est quia in ip̄a nulla fuit im-
puritas culpe. nulla obscuritas ig-
norantie. nulla obliquitas intētōis

oblique. Cantic. iiii. Tota pulchra
es amica mea et macula non est in
te. In ea nulla fuit macula culpe et
quia fuit pulchra nulla obscuritas
intentionis oblique. Secdo habet
mobilitatem. vas quadrum ad mo
uendū est tardum. Sed res rotun
dum ad mouenduz est apta. Sic z
beata virgo maria motu nostri de
siderij cito mouetur. Sapientie viij
Omniū mobiliū mobilior est sapi
entia. Tercio habet velocitatem
quia velociter ad nostrum auxiliuz
venit. Sapientie. vi. Preoccupat
enim eos qui se concupiscunt vt eis
se prior ostendat. Unde ipsa potest
dicere illd quod dicitur Isaie. lrv.
Anteq̄ clamēt ego exaudiam: z ad
huc illis loquentibus ego audiam.

Tercio ista man⁹ fuit aurea. Au
rum eni est pulchrum incorruptibi
le et lucidum siue clarum. sic ipsa fu
it pulchra in mente per puritatem.
fuit clara in conuersatione per ho
nestatem. fuit incorruptibilis in mē
te per castitatem z virginitatez. De
his tribus dicitur Sapientie quaz
to. D q̄ pulchra est casta genera
tio cuz claritate. Quarto ista ma
nus fuit iacinctina. Assimilatur au
tem beata virgo maria iacincto ra
tione nominis. quia iacinctus dicit̄
esse quidam flos: colorem habens
purpureū. Dicitur etiam esse lapis
preciosus. Dicitur etiam nomē cu
iusdā pueri formosi qui int̄ illos flo
res inuentus est mortuus a quo il
li vocati sunt iacincti. Unde. flos ē

iacinctus lapis est iacinctus homo
q̄. Cum sit vterq̄ bonus melior ta
men vir est vtroq̄ Per quod intel
lige q̄ ipsa fuit tanq̄ flos id est flo
rida per virtutum amenitatē. Un
de cantat ecclesia. Sicut dies ver
ni circundabant eam flozes rosarū
et lilia conuallium. Ipsa fuit lapis
p̄ciosus propter dei et proximi cha
ritatez. Isaie. xxviii. Nonam in sy
on id est in ecclesia militanti lapidē
preciosum. De isto lapide precioso
charitatis dicit Augustin⁹ in libro
de doctrina christiana Thesaur⁹ ē
magnus diuiciarum scripturarum
si piger eras ad perscrutandū the
sauruz. non sis piger vnā marga
ritam fer sub lingua et quo vis secu
rus ambula. Ipa etiam fuit virilis
propter constantiam et magnanī
mitatem. Prouerbiorū vltimo. Ac
cinxit fortitudine lumbos suos ro
borauit brachium suum Secundo
dicit̄ iacinctus ratione coloris. Nā
sicut dicit Isidorus Eius color nec
nimis est clar⁹ nec nimis est obscu
rus: sed ab vtroq̄ temperatus. De
us habet infinitam claritatem. ho
mo vero respectu dei habet quādā
obscuritatem. Claritas autem bea
te marie virginis. nec est clara sicut
diuina. nec est obscura sicut huma
na: sed in medio constituta. Est qui
dem minor q̄ diuina. sed maior q̄
angelica vel humana. ideo assimila
tur lune. Canticozū sexto Pulchra
vt luna Sic eni claritas lune minor
est q̄ claritas solis. sed est maior q̄

claritas stellarum. Sic claritas beate marie virginis est minor quam claritas dei. sed est maior quam claritas angelorum vel sanctorum. Tercio dicitur iacinctus ratione virtutis. sicut enim dicitur de proprietatibus lapidum. Iacinctus habet cor confortare. tristitiam expellere. inter inimicos tutum seruare. Sic ipsa confortat cor dans cibum gratie Ecclesiastici decimo quinto. Libauit illum pane vite et intellectus. Expellit tristitiam: dans letitiam iocunditatis interne. Ibidem. Iocunditatem et exultationem thesaurizabit super eum: et custodit ab insidijs fraudis diabolice. Sapientie decimo. Custodiuit illum ab inimicis: et a seductoibus tutauit eum.

Quomodo beata virgo Maria compatur mari.

Are dicitur beata virgo Maria. unde interpretatur amarum mare. Sicut enim in mari est congregatio omnium aquarum. sic in ipsa est congregatio omnium gratiarum. Et sicut congregatio omnium aquarum vocantur maria. ut dicitur Genesis primo. Sic congregatio omnium gratiarum vocatur maria. In mari autem tria considerantur. Est enim origo fontium. est plenitudo aquarum. ibi est amaritudo saporum. Sicut enim mare est origo omnium fontium et fluuiozum sic beata virgo maria est origo et prin-

cipium omnium gratiarum. Et sicut a mari fluunt diuerse aque. sic a maria fluunt et manant diuerse gratie. A mari quidem fluunt puteales fontales aque et fluuiales. Iste aque similiter fluunt ab ipsa. Lanticozum quarto. Fons hortorum puteus aquarum viuentium que fluunt impetu de libano. Per istas tres differentias aquarum intelliguntur tres gradus gratiarum que omnes a maria in nos fluunt que sunt gratia incipiens siue preueniens perficiens et perfecta. Gratia incipiens significatur per aquam putealem. Puteus habet aquam occultam. quia gratia preueniens peccatori ex meritis suis non datur. sed quadam dei occulta inspiratione infunditur. Et dicitur aqua viua ex eo quod peccator qui erat mortuus per culpam: viuificatur per gratiam. Ista est aqua que egreditur a templo id est a maria. Est enim quasi templum dei que viuificat omnia ad que vadit. ut habetur Ezechielis. xlvij. Per aquam fontalem intelligitur gratia proficiens. De qua dicitur Fons hortorum. Mortuus dei sunt ipsi proficientes. in quibus sunt herbe et plante diuersarum virtutum. sed nec ipse herbe et plante possent germiare nec crescere nec proficere nisi sint ab ista aqua gratie irrigate. Unde Genesis. ij. Fons ascendebat de terra id est virgine maria irrigans vniuersam superficiem terre. Per aquam fluuiale quam fluit cum impetu intelligitur gratia perfecta

m iij

De qua subditur que fluunt impetu
de libano. Gratia enim perfecta siue p-
ficiens dicitur fluere cum impetu. quia illos
quos replet facit esse sollicitos et flu-
entes. propter quod dicitur Ezechielis p-
mo. Ubi erat imperator spiritus illic gra-
diebantur. Impetus enim ibi accipi-
tur in bona significatione pro desi-
derio et seruoze et desiderium gratia-
rum facit magnam leticiam animarum. ps.
Fluminis impetus letificat ciuitatem
dei. Sunt enim aque stantine. que
dam lente. et quedam impetuose.
Aque stantine putrescunt et signifi-
cant peccatores qui stant et requie-
scunt in fecibus peccatorum. Die-
remie. xlviii. Requieuit in fecibus su-
is. Aque que lente fluunt significant te-
pidos qui lente et tepide operantur.
De quibus dicitur Apocalypsis. iij.
Utinam frigus esses aut calidus sed
quia tepidus es faciam te emouere
de ore meo. Aque impetuose que cum
impetu fluunt significant viros per-
fectos qui sunt in spiritu feruentes
et solliciti operantes. ad Romanos. xij.
Spiritu feruentes domino seruien-
tes. Ab isto etiam mari id est virgi-
ne maria quotidie in nos fluunt qua-
tuor flumina. De quibus dicitur Ec-
clesiastici. xxiiij. Ego mater pulchre
dilectionis et amoris et agnitionis
et sancte spei. Olim totus mundus
erat vacuus amore dei timore dei.
fide et spe dei. Sed venit beata vir-
go maria et influxit in nos amorem
spiritualem per quem inflamamur
ut deum diligamus. et influxit timo-

rem filialem per que incitamus ut
ipsum filialiter timeamus Influxit
recognitionem dei per quam in ip-
sum veraciter credamus. Influxit
dei spem per quam in ipsum fiducia-
liter speremus Secundo in mari est
magna plenitudo aquarum. Sic in
beata virgine maria fuit plenitudo
maxima gratiarum dum tractans illud.
Aue gratia plena sic dicit. Ipsa qui-
dem fuit in ore gratia plena affabi-
litate. In ventre gratia deitatis. in
corde gratia charitatis. in manu si-
ue in ope gratia misericordie et lar-
gitate. Propter istas quattuor ple-
nitudines gratiarum ipsa dicit Ecce-
lesiastici. xxiiij. In me omnis gratia
vite et virtutis. In me omnis spes vi-
te et virtutis. In ipsa quidem fuit gra-
tia vite in quantum scilicet eum qui est vera vita
gestauit in ventre. In ipsa fuit gra-
tia virtutis in quantum virginitate et affabi-
litate habuit in ore. In ipsa fuit gra-
tia spei in quantum misericordiam et largitatem
habuit in ope. quia propter hoc omnes
in eam et de ea sperabant. In ipsa fu-
it gratia virtutis in quantum charitatem
habuit in corde. Ipsa enim charitas
antonomatice dicitur virtus. ex eo
quod est forma et perfectio omnium virtutum

Tercio in mari est amaritudo a-
quarum Sic in beata virgine ma-
ria fuit quadruplex amaritudo.

Primo causata fuit ex filij sui amis-
sione. Unde amaritudinem sui dolo-
ris ipsa expressit: dicens. Luce secundo.
Fili mi quid fecisti nobis sic? Ecce
patruus et ego dolentes que rebamur. etc.

Dolebat enī quia timebat. vel q̄ in manus filiorum herodis deuenissz
Uel q̄ in nationes propinquas p̄dicandas profectus fuisset. v̄l q̄ redemptione humani generis intermissa ad patrem redisset. Sc̄da amaritudo fuit in ea ex intima compassione. Ipsa enī compassa fuit ve recundie sponse cui vinū in nuptijs defecerat. fuit compassa poplo suo q̄ a deo reprobatus erat. quia nemo carnem suam vnq̄ odio habet. sed nutrit et fouet eam. vt dicit Ad Epheſ. v. Ideo gentes suam aqua descēderat que et caro sua erat odire non poterat. sed de sua execratione magnam compassionē habebat Ipsa ei compassa fuit apl̄is qui in passione christi fuerāt disp̄si et erāt tribulati. erant etiam a fide christi separati Tercia amaritudo in ea tāta fuit ex dolorosa filij passione. Ille ei dolor fuit in ea magnus tripliciter. scz intensiue. quia vsq̄ ad animā penetravit. Luce sc̄do. Tuā ipsius animā pertransibit gladius. fuit etiā magnus extensiue. quia p̄ dies quattuor continuos se extendit. Nam incepit eius dolor feria quarta. quia tunc mors christi fuit tractata et firmata et continuata fuit in feria quinta. quia tunc in sero fuit captus colaphizatus et delusus. ⁊ talis dolor continuatus vsq̄ in feriā sextam. quia tunc fili⁹ suus fuit crucifixus. continuatus fuit insuper vsq̄ in diem sabbati. quia tunc filius suus in sepulchro fuit clausus. Fuit

magnus ostensiue. quia dolorē suū ostendebat et manifestabat singulatis cordium habundantia lachrymarum vocis clamorose conquestione. rursione pectoris et manuum allisione. Unde dicere poterat illud Ruth p̄mo. Nolite me vocare nomine id est pulchrā: sed vocate me marā id est amarā. quia amaritudine repleuit me domin⁹. Quarta amaritudo causabatur ex sua in mundo peregrinatione. et istam peregrinationem moleste ferebat q̄ tuor de causis. Primo quia nimis longa erat. Secūdo quia inter malos habitabat. Propter ista duo dicere poterat cuz propheta. Ne mihi quia incolatus meus prolongatus est habitauī cum habitantibus cedar multuz incola fuit anima mea. Cedar interpretatur tenebra et significat iudeos tenebrosos inter quos ipsa habitabat. Tercio ex eo q̄ tota curia celestis ipsam cum desiderio expectabat. Unde poterat cum propheta dicere. Educ de carcere animā meam vt confiteantur nomini tuo. me expectant iusti. id est omnes sancti angeli donec retribuas mihi. Quarto ex eo q̄ filij sui presentia carebat. quia erat fructus ventris eius. Unde poterat dici de ea multo magis q̄ de alijs sanctis illud qd̄ dicit propheta. Cum dederit dilectis suis somnū: ecce hereditas domini filij merces fructus ventris In christo quidem fuit vera diuinitas quam videre est

tota merces et tota gloria beatorū.
Est etiā in ea vera humanitas inq̄n-
tum fuit fructus ventris beate ma-
rie virginis quā etiā humanitatem
videre est gloria et b̄tudo sanctorū

Quomodo beata virgo Maria
compatur Margarite.

Margarita cōsiderari pōt quā-
tum ad sui generationē quali-
tatem et virtutem. Generatur autē
margarite s̄m Isidorū in conchis
marinis. Unde et a mari margari-
te vocantur. Certo eni tempore ma-
xime tempe vernali: et in autumno
ip̄e conche ad littus maris accedūt
vbi se aperiunt et rozē celestē intra
sua viscera recipiūt: ex cuius coagu-
latione margarite generatur. Ita
concha est beata virgo Maria q̄ se
aperuit vt rozem celestem acciperet ⁊
margaritā. i. xp̄m intra viscera sua
cōciperet. Nam aperuit angelo cō-
sensum suum vt dō in omnia obedi-
ret: quando dixit. Ecce ancilla do-
mini. Nam aperuit christo vterum
suū vt in eum superueneret et per ta-
lem apertionē consensus sui vteri ⁊
animi sui ros celestis spiritus sancti
in eam descendit et istam margari-
tam in ei⁹ vtero germiauit. De ista
spiritus sancti rozatione et b̄tē ma-
rie virginis cōceptione. dicit̄ Isa.
xlv. Aperiat̄ terra et germinat sal-
uatorēz. Ista est illa margarita de
qua dicitur Matthei. xiiij. Inuen-
ta autem vna preciosa margarita.

abiit et vendidit omnia que habuit
et emit eam Debemus enim omnia
que habemus deo vendere vt pos-
sumus nobis ipsaz margaritā eme-
re scilicet corpus nostrum per ma-
cerationem. animaz nostram et cor
nostrum per purificationem et res
nostras per elemosinaz largitionē

Secundo margarita potest cō-
siderari quantum ad sui qualitates
Sunt eniz ipse margarite pulchre
candide et clare. Ille eni que sunt
tales sunt meliores q̄ ille que flauē
sunt. Nam illas que sunt pulchre
candide et clare generauit ros ma-
tutinus. Alias autez generauit aer
vesperin⁹ Talis margarita sic pul-
chra. sic candida. et sic clara signifi-
cat beatam virginem mariam. que
fuit pulchra in mente per puritatē
Candida in carne per castitatem ⁊
virginitatem. et clara in opere per
sanctitatem. Sapientie quarto. Q̄
q̄ pulchre ē. Ecce pulchritudo mē-
tis casta generatio. Ecce candor et
virginitas carnis. Cum claritate ec-
ce claritas et sanctitas opis. Ter-
cio margarita pōt considerari quā-
tum ad virtutem. Dabet enim pri-
mo virtutem abstersiuam. quia mē-
bra a superfluis humorib⁹ abster-
git. Secundo habet virtutem res-
trictiuam. quia fluxum ventris et
sanguinis restringit. Tercio habz
virtutem confortatiuā. qz cor debi-
le habz confortare. Eodē mō b̄tā vir-
go maria p̄ gratiā quā nobis infun-
dit Nō s̄tutē abstersiuā i q̄tū sez i

nobis abstergit peccata preterita. Habet virtutes restrictiuam inq̄ntum animū restringit ne faciat peccata futura. Habet virtutem cōfortatiuā inq̄ntū cor confortat et fortificat ad tollerandū mala presentia. Ista igitur tria a deo et ab ipsa petere debemus. Unde super illud. Matthei. xxvj. Oravit tercio eundem sermonem: dicens. Dicit gloria. tribus vicibus oravit: vt nos de peccatis preteritis veniam et a presentibus malis tutelam: et a futuris periculis cautelā oremus. Ista igitur tria a beata virgine obtinemus. Unde ipsa dicit Ecclesiastici. xxiiij. In me omnis gratia vite et virtutis. Ipsa quidem dat nobis gratiam vite quando de peccatis preteritis dat veniā per quam peccatorem a morte peccati resuscitat. Dat gratiā veritatis quando contra futura picula dat cautelam per quam homo ipsa pericula vitare sciat. dat gratiam virtutis quādo contra mala presentia. dat cautelā per quē hominē fortificat vt a malis presentibus tueri se valeat.

Quod nomen marie est dulce et suaue.

Arie nomen est dulce et suaue. Un̄ dicit Bernardus. in sermōe de annūciatione. Sicut nomen iesus ē mel in ore. melos in aure. et in corde iubil⁹. sic et nomē marie. Dei de subdit. et si dicere audeam⁹. Iesus quasi superbū et nimis potens

est nomen. Unde si in iesu aut deitatis noie austeritatē aliquis vereat ad mariā r̄currat in qua nihil horū suspectū est. Maria est m̄liebze nomen et mansuetudinē preferens et cōmendans. Istud autē nomē maria interpretatur illuminata vel illūia trix v̄l amarū mare v̄l stella maris vel d̄na maris. Horū autē rationē videam⁹. Primo autē d̄ illūiata qualiter aut illuminata sit ostēditur Apocaliph. xij. vbi dicitur Mulier amicta sole et luna sub pedib⁹ ⁊ in capite eius corona duodecim stellarum. Duodecim stelle sunt nouē ordines angelorū et tres ordines beatorum. scz martyrū et confessorū. et virginū qui omnes eam coronāt quia ipsam venerantur et laudant.

Secundo est illuminata a parte inferiori qd̄ notatur cum dicitur et luna sub pedibus eius. Per lunam intelligitur militans ecclesia q̄ mutabilitati subijcitur quam virgo sub pedibus habet. quia ipsam sub sua protectione tenet donec ad pacem eternam ipsam deducat: et tūc oēm mutabilitatē auferat. ps̄. Dicitur in dieb⁹ eius iusticia et habundantia pacis donec auferatur luna id est mutabilitas q̄ p̄ lunā designatur. Tercio fuit illuminata a parte interiori qd̄ notatur cū d̄ in vtero h̄nt. nō d̄ quē haberet vt oīdaē q̄ illud est ineffabile. Nēbat quidem splēdorē dinū. Debreo. p̄mo. Qui cū sit splēdor gl̄ie r̄c. Nēbat cādorē niuū. hēbat spec̄lm̄ immaculatū

Sapientie. vii. Landoz est enim lucis eterne et speculum sine macula. Quarto est illuminata a parte exteriori qđ notatur cum dicitur amicta sole id est in mortali corpore Radius enī solis est clarus est agilis. ita vt ab oriente subito in occidentē transeat. est subtilis ita vt sine lesione subintret. est impassibilis: ita vt nulla violentia ledi possit. Fuit igit̃ beata virgo maria amicta sole quia induit claritatē. agilitatē. subtilitatē et impassibilitatē Scđo dicitur illuminatrix ex eo qđ multipliciter nos illuminat. Juxta illud Ecclesiastici xxiii. Penetrabo inferiores ptes terre: et inspiciam omēs dormientes: et illuminabo omnes sperantes in domino. vbi notatur qđ ipsa illuminat et calefacit obscura et frigida Ideo dicit. Penetrabo ad inferiores partes terre. Pars terre inferior est frigida et obscura. et significat illos qui sunt sine calore amoris dei qui sunt in tenebrositate peccati Nam frigidus inflamat ad amorē dei. et obscuros illuminat expellendo tenebras peccati. Ipsa etiaz illuminat negligentes et tepidos. iō subdit. inspiciam omēs dormiētes. Dormientes enī inspicit quando tepidos et negligentes feruentes facit. Unde potest sibi conuenire qđ dicit̃ ad Ephef. v. Surge qui dormis et exurge a mortuis: et illuminabit te christus per merita. scz mris sue. Ipsa etiam illuminat in domo sperantes et sibi deuotos cōseruan

do eos in lumine gratie dei. iđo subdit. et illuminabo omēs sperantes in domino. Tercō dicitur amarum mare Ipsa enī habuit tres amaritudines. Prima causabatur ex sui populi exceatione et reprobatione Si enī paulus de hoc tristitiā magnam habuit. Juxta illud Rhom. nono. Tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi meo. Opta bā enī ego ipse anathema esse a christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei sm carnem. Multo fortius beata virgo qui erat plena maiori charitati afficiebatur maiori compassiōe. Scđa amaritudo causabatur ex dolorosa filij sui passione. iuxta illud Luce scđo. Tuam ip̃m animā pertransibit gladius. Ubi dicit Bernardus. Vere beata mater tuam pertransiuit animā vis doloris: vt te non immerito plus qđ martyrem predicamus. in qua nimiruz corpora sensum passionis affect⁹ excessit cō passionis. Tercia amaritudo causabatur ex taz longa filij sui subtractione. multū enī anxiebatur de eo qđ tam diu filij sui visioē carebat. Hieronymus in sermone de assumptione. Quantis putas beata virgo maria filij sui doloribus afficiebatur quo amore cruciabatur quo desiderio estuabat dum animo reuolueret cuncta que viderat et audierat. Nam si diligebat ex toto corde christū nouis tamen inflāmabatur quotidie presentia absens affectibus desideriozuz. Propter istā

triplicem amaritudinē dicere pote-
rat cū propheta. Cor meum contur-
batū est intra me propter scz popu-
li mei excecationē Dereliquit me &
tus mea propter filij mei doloro-
sam passionē. quia tunc eius anima
a seipā pre dolore tota defecerat &
lumen oculorum meoz et ipm non
est mecum. propter filij mei subtra-
ctam visionem qui est lumen oculo-
rum meoz quē tamen non habeo
mecum Quarto dicitur stella ma-
ris. de ista stella Bernardus super
missus est Si insurgūt venti tētatio-
num. si incurris scopulos tribulati-
onū respice stellam voca mariam. si
iactaris supbie ventis. si ambulatio-
nis. si detractōnis. si emulationis re-
spice stellaz voca mariam in piculis
in angustijs ī reb⁹ dubijs. mariam
cogita. mariam inuoca. nō recedat a
corde. nō recedat ab ore. & vt impe-
tres orationis eius auxiliū nec de-
scras conuersationis exemplū. Ip-
sam sequens non deuias. ipām ro-
gans non desperas. ipāz cogitans
non erras. ipsa tenēte non corruis.
ipsa protegente non metuis. ipā du-
ce non fatigaris. ipsa propicia pue-
nis. et sic in temetipō expiris q̄ me-
rito dictū sit nomen &ginis Marie
Ista autē stella maris mltas habz
proprietates. Nā celū circa eam se-
xtit. nautas in piculis dirigit. ipsa
ferum trahit. sic tota curia celestis
ad brām &ginem attēdit Ipa picli-
tantes in mari hui⁹ mūdi ad portū
salutis pducit. ipsa ceteris sc̄tis sua

auxilia merito nostre p̄auitā sub-
trahentibus nunq̄ occidit: sed pia
adiuandū venit. Ipsa ferreas mē-
tes et duras ad humilitatē reducit.
Prop̄ ista dicitur Eccli. xxiiij. Si
rum celi circuiui sola. tunc girum ce-
li circuiuit q̄n totam celestē curiam
ad se attēdere fac. Sequit̄. et in flu-
ctibus maris ambulauit: et piclitā-
tes ad portū salutis pducit. Sequi-
tur. et in omī populo et in omī gen-
te primatū habui. qz pre cūctis gē-
tibus et populis sanctoz ipā in au-
xiliū nostrū p̄mo venit. Sequitur.
et excellentiū & sublimiū colla pro-
pria virtute calcaui. qz duos & sup-
bos ad humilitatē reducit. Qui-
to dicit̄ d̄na. Eius autē domineum
tm̄ est q̄ illud qd̄ dicitur de filio: di-
ci pōt de matre. ad Phil. ij. In no-
mine Jesu omē genu flectatur. cele-
stium. terrestriū. et infernoz. Nam
flectunt sibi genua celestia id est ipi
angeli qui ipām venerantur et ado-
rant. Ipe etiā filius eaz veneratur
et laudat Prover. vi. Surrexerūt
filij eius id est angeli et omēs beati
et beatissimā predicauerūt. & vir e⁹
id est Christus laudauit eā. Sc̄do
flectunt sibi genua omīa terrestria.
id est oēs generationes et que p̄cel-
serūt et que sunt et que venture sunt
Luc. j. Ecce enī ex hoc beatā me di-
cent omēs generatiōes. Tercio fle-
ctunt sibi genua infernalīa id est de-
mones qui velint nolint ipām ado-
rant et ad eius noiatiōē pauent et
tremūt. Nā sic d̄z Lan. vi. Ipa est

eis terribilis vt castrorum acies or
dinata. Un̄ dicit sanctus Berard^{us}
ep̄us ⁊ martyr. Inuite quoq; ifer
nus beate marie ylulat ⁊ procacis
simi demones clamant.

Quō beata Virgo Maria nō fu
it passa martyriū gladij materialis

Artyriū gladij materialis be
ata virgo Maria nō fuit pas
sa. Quia sicut d̄t sanctus Ambros.
Nec historia nec littere docent bea
tam mariā gladio vitā finiuisse. Est
autē passa quintuplex martyriū cō
passionis. Primo martyriū dolo
ris. Sec̄do martyriū compassionis
Tercio martyriū diuini sermonis.
Quarto martyriū volūtatis. Qui
to martyriū macerationis. Pri
mo igitur passa est martyriū quod
fecit gladius doloris. De quo dicit
Luce. ij. filio enī in cruce existen
te ⁊ dolores maximos patiente ip
sa gladio doloris tota lacerabatur.
Johānes damascen^{us}. Ipsa beata
Virgo Maria om̄s dolores quos ef
fugit p̄turiens hos in christi passio
ne sustinuit a maternali cōpassione
viscerum lacerationem tollerans. ⁊
quē deū cognouit p̄ natiuitatē. hūc
vt maleficum interfectū videns seu
gladio cogitationibus lacerabatur
Anselmus. D̄na mea quos fontes
dicam erupisse de pudicissimis ocu
lis tuis cum attendens vnicū filiu
tuū innocentē corā te flagellari liga
ri mactari ⁊ carneꝝ de carne tua ab

impijs crudeliter dissecari. Se
cundo passa est martyriū quod fe
cit gladius cōpassionis. ⁊ hoc quā
do vnus militum lanceam in latus
iam mortuū infixit magna compas
sio. qz nec viuo peccerunt: nec mor
tuo peccere voluerunt. Constat autē
q̄ illa lanceatio nullum dolorē chri
sto intulit. qz eius anima iā de cor
pore recesserat. sed anima matris in
corpore filij erat. Anima enī marie
magis erat in corpore filij q̄ in cor
pore prop̄o. ⁊ ideo tunc lancea ani
mā eius p̄transiuit duꝝ filio cōpassa
fuit ex eo q̄ nec etiam mortuo vole
bant peccere. Bern̄. in sermone de an
nūciatione. Vere tunc o beata ma
ter gladius p̄transiuit animā tuam.
quādo crudelis lancea filio iā mor
tuo latus aperuit. ipsius nimirū aīa
iam ibi non erat: sed tua plane auel
li nequibat. et plus q̄ martyre te ī
merito predicem^{us}. in qua nimirum
sensum corporee passiōis excessit af
fectus compassionis. Tercō pas
sa fuit martyriū. q̄ in eo fuit gladi^{us}
diuini sermonis: quando dixit chri
stus in cruce. Mulier ecce filius tu
us. De hoc d̄t Bern̄. vbi supra. An
nō plus q̄ gladius fuit sermo ille?
Mulier ecce filius tu^{us}. Reuera fu
it p̄trāsens vsq; ad diuisionē aīme
et ip̄us. Postea subdit. D̄ cōmura
tionē. Johannes pro Iesu tradit^{us}
suus pro d̄no. discipulus pro ma
gistro. filius zebedei pro filio dei.
purus homo pro vero deo. quō ve
ro tuā affectuosam aīam nō p̄tran

sunt hec auditio quoniam et nostra licet saxea
vel ferrea pectora sola scindit recoz-
datio. Anselmus. Domina mea quibus
singultibus extunabo purissimum pe-
ctus tuum vexatum esse cum audires. mu-
lier ecce filius tuus. et discipulo. Ec-
ce mater tua. Quarto passa est mar-
tyrium voluntatis. Ipsa enim voluntarie
iuxta cruce[m] stabat parata pro huma-
no genere martyrium sustinere. Am-
brosius super lucam. Maria virgo fugi-
entibus apostolis ante crucem stabat.
et pijs oculis vulnera filij consideraba-
bat. Spectabat tamen non pignoris mor-
tem: sed mundi salutem. aut fortasse quod
cognouerat per filij mortem redemptionem
mundi futuram. Putabat autem
la regalis se per suam mortem publico
muneri aliquod addituram. Sed ipse
christus factus est sicut homo sine ad-
iutorio inter mortuos liber. Susce-
pit quidem matris affectum non quasi
homini auxiliu[m]. Quinto passa est
martyrium macerationis. intantum enim
in passione filij corpus suum et omnia
membra maceravit quod quodammodo mar-
tyrium sibi intulit. Augustinus. Illa qui pro-
pe mater immani dolore euulans pec-
tora delicata contundens ita ipsa vi-
scera cetera que fatigauerat membra
vt iam deficiens ad christi funus vix po-
terat puenire: Dabit autem marty-
rium beate marie virginis quattuor
graues conditiones. Prima est quod
non fuit in carne: sed in mente. Unde
et Hieronymus in sermone de as-
sumptione. Alij sancti pro christo pas-
si sunt in carne. beata virgo Maria

in ea parte sui passa est que impassi-
bilis et immortalis habetur hoc est
in anima vel in mente. Idcirco vt ve-
rum fatear plus quam martyr fuit. quod
atrocius passa est dum passionis christi
gladium in anima sua sustinuit. Secunda est.
quia eius dolor non fuit particularis
sed vniuersalis. quia totam animam re-
pleuit et circumdedit ita quod nulla in eius
corde fuit particula seu remansit que do-
lore non fuerit plena. Unde poterat di-
cere cum propheta. Circumdederunt
me dolores mortis. Hieronymus
vbi supra. Constat nempe. quia ma-
ria intantum doluit vt animam eius totam
pertransiret ac possideret vis dolo-
ris ad testimoniū eximie dilectionis
Tercia est quia eius dolor non fuit
superficialis sed precordialis. quod vsque
ad cordis intima pertransiuit et eius
penetrauit. Unde poterat dicere illud
Job. xxx. Os meum perforatur
doloribus nec mirum. quod mortem fi-
lij fecerat suam. Hieronymus vbi su-
pra. Eius nimis dilectio morte for-
tior extitit. quia mortem christi suam
fecit Quarta quia eius dolor non fu-
it momentaneus sed diuturnus. quod
ipsa post filij resurrectionem et asce-
sionem christi passiones in memoria
retinebat et sine doloris gladio inde
recordari non poterat. Ideo di-
cit Lancelmus primo. Fasciculus myrrhe
dilectus meus mihi inter vbera mea
comorabatur. Fasciculum myrrhe
vocat collationem amaritudinum et pas-
sionum quas christus sustinuit quas
etiam ipsa mater inter vbera anime

id est in mēoria deferebat et in his
vulnerabatur pre dolore. cruciaba-
tur pre amore. estuabat pre deside-
rio et cōpassione.

De martyrio btē Marie ꝯgis.

Artyriū dolorosum passā fuit
ꝯgo Maria in filij sui passiōe
qui quidem dolor causabatur in ea
ex tribus. scz ex ratione sui. et ratiōe
filij. et ex ratiōe supplicij. tempaba-
tur tamen ex salute generis huma-
ni. Primo quidē causabatur ex ra-
tione sui. quia scz ipa erat p̄ns ad vi-
dendū. erat impotens ad adiuuan-
dū. erat destituta ad auxiliū vl' cō-
siliū postulandū. Ipa quidem pre-
sens erat et sub eius oculis videbat
filium suū crucifigi. lanceari. et vul-
nerari. Multum dolet mater quā-
do audit filium morte horribili in-
fectū. maxime autem dolet quando
ante oculos suos vidit filiū vulne-
rari et occidi. Quanto ergo dolore
beata ꝯgo Maria cruciabatur qñ
videbat filiū suū mortuū: et ipm hor-
ribili pena interfectū. maxime etiā
dolet quando ante oculos suos vi-
dit filium suum vulnerari et occidi:
et hec omnia fieri ante suū conspectū

Secdo erat impotens ad adiuuā-
dum. magna cōsolatio est matri qñ
assistit filio morientī: et qñ mortuus
potest osculari et amplexari. Nec au-
tem filium morientē in nullo pote-
rat adiuuare. Audiebat ipsum litire
et non poterat sibi potum dare. U-

debat corpus eius vulneribus ple-
num: et non poterat eius vulnera al-
ligare. Uidebat corpus eius cruen-
tatum: et non poterat lintheo exten-
dere. Uidebat ipsum male tenentē
caput eius: et non poterat sustenta-
re. Uidebat sanguinem eius in ter-
ram effluere: et non poterat recolli-
gere. Uidebat ipsum expirasse: et nō
poterat ipsum osculari nec amplex-
ari. ideo poterat dicere qd dicitur. j.
Regum primo Infelix mulier ego
sum. Tercio erat destituta ad au-
xilium vel consilium postulandum.
Omnes enī discipuli fugerant. ita
q nullus erat a quo posset consiliū
petere vel auxilium postulare. Nā
in tanta tribulatione ipsa et filius su-
us nullum habuerunt auxiliantem
Ecclesiastici .ij. Respiciēs eā ad ad-
iutorium hominū: et non erat. Nul-
lum habuit compaciētē. Ps. Su-
stinui qui simul contristaretur et nō
fuit. nullum consolantē inuenit. Uñ
sequitur. qui consolaretur et non in-
ueni nullum associātem. Ps. Elon-
gasti a me amicum et proximū et no-
tos meos a miseria. Job. xix. Dere-
liquerunt me propinqui mei et qui
nouerunt obliti sunt mei. Secdo
causabatur eius dolor ex ratione fi-
lij. Multus dolet mater quando fi-
lium bonum et sapientē amittit. Ip-
sa vero per mortem corporis amitte-
bat illū filiū De quo dicit Ecclesiastici
xxiij. Ego mater pulchre dilectōis
et timoris et agnitōis et sancte spei.
Uidebat enim a se recedere filium.

matrem tam dulciter amanti. ideo dicit Ego mater pulchre dilectionis. Filium matrem tam filialiter reuerentem. et ideo dicit et timoris. filium matrem in cruce tam feliciter agnoscens. et ideo dicit et agnitionis. filium erga matrem tam piū et clementē. iō dicit et sancte spei. Tercio causabatur dolor in ea ratione supplicij. Videbat enī ipm pati penam ignominiosam id est penam latronum. Sapientie. ij. Morde turpissima condemnemus eum penam doloiosam Tresi. pmo. Omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Denam diurnā. quia ab illa hora noctis qua captus est vsq; ad horam nonā. in qua expirauit in supplicijs et doloribus semper fuit. Penam iniustam. q; sicut dicitur. j. Petri. ij. Peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. quia cum malediceretur non maledicebat. cū pateretur nō cōminabatur. tradebat autem se indicanti iniuste. Quarto iste dolor tempabat propter salutem generis humani quaz ex filij passione prouenturā esse sciebat. iō in corde vgis magna pugna erat. Pugnant autez adinuicem duo amores et duo dolores. Duo amores erāt amor filij et amor generis humani. Amor filij nolebat ipm pati. Amor vō generis humani volebat ipm pati. Et sic inter istos duos amores magna erat pugna. Similiter in corde eius erant duo do-

lores. scz dolor quē habitura erat de morte filij. et ideo nolebat eū pati. Et dolor quē habebat ex perditione generis humani et volebat euz mori. et sic inter istos duos amores et duos dolores magna erat pugna. Unde poterat dicere illd Danielis. xiiij. Angustie sunt mihi vndiq; et quid eligam ignoro.

Qualis mī fuit btā vgo maria.

Ater xpi fuit filio valde vnita
Juxta illud Cant. ij. Dilectus meus mihi et ego illi. Eiusdem. vij. Ego dilecto meo et ad me cōuersio eius. Intm quidem mater fuit filio vnita q; sine matre filius non concipitur Luce pmo. Ecce concipies in utero et paries filium zc. Nec miruz quia eius vterus erat flos puritat. Cant. primo Lectulus noster floridus sine matre filius non inuenitur Matthei. ij. Intrātes domū inuenerunt puerum cū maria matre ei? nec miruz. quia ipsa est illa veritas De qua dicitur Ecclesiastici. xxiiij. In me omnis gratia vite et veritat. Sine matre filius ad nuptias non inuitatur. Johan. ij. Nuptie facte sunt i chana galilee: et erat mater iesu ibi. nec mirum. quia ipa est thalamus pudoris. ps. Et ipse tanq; spōsus procedens de thalamo suo. Sine matre filius non crucifigit. Johannis. xix. Stabat iuxta crucē iesu mater eius. nec mirum. quia ipsa erat mater pietatis. et ex pietate ma-

terna ibi stabat et cū filio crucifigi
pata erat. Luce sc̄do. Tuam ipsius
animā pertransibit gladius. Sine
matre sp̄sanctus a filio non desti
natur. Actū p̄mo. Erant omnes p̄
seuerantes in oratione cum mulieri
bus et maria matre iesu. Et postea
sequitur qualiter ip̄s orantibus re
ceperūt spiritūsanctū. nec miruz. qz
ipsa est aqueductus gratie sp̄ualis.
Ecclesiastici. xxiiij. Ego quasi aque
ductus exiui de paradiso. z sic patz
qualiter mater semper erat vnita fi
lio. Sc̄do fuit mater filio valde
charissima qz quidē ip̄e ostendit qn̄
in cruce existens tantā curam de ea
habuit qz eam iohanni recōmenda
uit. Christus nanqz in hac vita qui
qz habuit z possedit. Dabuit quan
dam licet parūā pro exp̄sis sibi da
tam pecuniā Dabuit corpus z ani
mā. habuit matrem z ecclesiam. Ea
autem que fuerunt vilia custodi vi
lissimo. ea que fuerūt cara z charis
sima custodibz caris et charissimis
cōmendauit Nam pecuniam quaz
contemptibilem z vilissimā reputa
uit custodi vilissimo id est Jude sca
rioth recommendauit. Corpus suū
proprium quod habebat carum ca
ris custodibus dimisit. scilicet Jo
seph et Nicodemo. Ecclesiam quaz
habebat cariorē cariori custodi
tradidit scilicet petro apostolo. ma
trem quam habebat charissimā ca
rissimo custodi. dereliquit id est io
hanni discipulo. Animā vero quaz
habebat supercharissimaz custodi

supercarissimo. scilicet patri eterno
commendauit: dicens. Luce. xxiiij.
Pater. in manus tuas commendo
spiritum meum. Ex hoc autem qz io
hannes mariam in custodiam acce
pit habet in potestate fontem mise
ricordie. thesauz gr̄e. z ianuā cele
stis patrie Secure igr̄ ad iohannē
accedere p̄nt peccatores postqz ha
bet in potestate thesaurum gratie.
secure exules et pegrini postqz ha
bet in potestate ianuam celestis re
gni. Tercio mater fuit filio in ma
xima reuerentia. qz patet ex quinqz
Primo quia sibi subditus esse volu
it. Luce secundo. Erat illis subditz
Secūdo quia ei⁹ voci pronus obe
diuit. sicut patet Johannis secūdo
Cum enim vinum in nuptijs dese
cisset: z virgo Maria dixisset mini
stris Quodcūqz dixerit vobis hoc
facite. statim vt filius cognouit qz
mater hoc dixerat miraculum fecit
et aquam in vinum mutauit. Tercō
ex eo qz filius in occursum eius per
rexit quando scilicet ipsa de hac vi
ta transiuit. Quarto ex hoc qz ipsaz
ad dexteram suam collocauit. Qui
to ex hoc qz eam nostraz petitiona
riam fecit. De istis tribus vltimis
dicitur. iij. Regum. ij. Sub figura
bersabee matris salemonis suz rex
it in quā rex in occursum matris ad
orauitqz eaz. Ecce quia reuerenter
sibi obuiauit. posuitqz thronus ma
tris regis que sedet ad dexteram
eius. Ecce quia eam ad dexterā suā
collocauit. Deinde sequitur. dixitqz

ei mater. **P**etitionē vnā puulam ego deprecor a te ne confundas faciem meā. Dixitq; ei rex. **P**ete mater mi. neq; ei phas est vt auertā faciem meam. **E**cce quia nostram petitionariam eam fecit.

Quomodo beata virgo **M**aria fuit mater christi.

Ater christi fuit btā **h**go **M**aria que quidem fuit vera mater et tota mater et pia mater et studiosa mater. **P**rimo nanq; fuit vera mater quod patz ex eo q; sibi carnis substantiā ministravit. quia cōuenientem locum et conueniens nutrimentum sibi exhibuit. quia nouē mensibus ipsuz in vtero portauit et fouit. **S**apientie vij. **I**n v̄tre matris configurat⁹ sum caro. **E**cce cōueniens locus decem mensium tpe coagulatus sum in sanguine. **E**cce quia in eius vtero nouem mensib⁹ stetit ita q; sicut dicit **A**ugustin⁹. de decimo aliquid attigit. postea sequitur ex semine hominis. ecce materia ministrata. et dicit hominis et non hominū. **L**eteri autem sunt nati ex semine hominū. **C**hrist⁹ tm̄ ex semine hominis virginis. **U**nde christ⁹ nō vocat se filiū hominū: sed filiū hominis. et vocatur ibi semē sanguis ei⁹ **h**gineus et spiritus sancto totalit⁹ depuratus. **D**einde subditur. et delectamento somni cōuenientis ecce cōueniens nutrimentū. **D**amascenus ix. menses complens. decimum sup

addens nascitur lege conceptionis. **I**pa etiam vt **h**a mater ipm̄ pepit. panis inuoluit. et suo lacte nutriuit. **U**nde cantat ecclesia. **M**ēbra panis inuoluta **h**go mater alligat et. **I**pm̄ regem angelorum sola **h**go lactabat vberē de celo pleno. iō qm̄ ipa vult filiū nobis placare pōt dicere. ij. **M**achab. vij. **F**ili miserere mei. qz te in vtero nouē mētib⁹ portauit et lac triennio dedi et aluit: et in etatē istam pduxi. **S**cdo ipa fuit tota mater. qz totā substantiā ministravit. ita q; nullus pz aliquid ibi dedit. iō dī **I**eremie. xxxi. **N**ouū faciet dñs sup terrā. femina circūdabit virū. solet homo circūdare qd̄ ē suū propriū. nō qd̄ est alienū. **N**ulla alia mulier puerū circūdedit. qz caro pueri tota sua nō fuit. s; pz pte ibi habuit. **V**irgo autē **M**aria filiu suū in vtero circūdedit. qz ibi de aliquo nihil fuit alieno **I**n circūdatione etiā est figura circularis. **O**m̄is at̄ alia figura sm̄ **A**ugustinū ex plurib⁹ lineis pficitur. **F**igura at̄ circularis vna tm̄ linea clauditur. **C**orpus at̄ alioz pueroz formatū ē duabus lineis. i. semine vtriusq; partis. **C**orpus at̄ christi formatuz est tm̄ vna linea. i. sola carne virginea. illud etiā qd̄ ē circūdatū ex om̄i pte ē clausum. **N**ā si aliqua aptura ibi fuerit circūdatū nō erit. **N**ulla enī mulier puez in vtero circūdedit qz nulla clausa sed apta fuit. **S**ola autē virgo **M**aria circūdedit. quia ex om̄i pte clausa fuit. et an̄ ptum et in

partu et post partū. ideo dicit hor-
tus & clusus et fons signat⁹. Ter-
cio fuit pia mater. nam pietatē quā
habuit in animo ostēdit in verbo. &
exhibuit in facto. fuit enī pia ī ani-
mo ex eo q̄ nouē mensibus in eius
vtero habitauit. Bern. in sermone de
annūciatiōe. Quid mirū si pietatez
exhibuerant viscera pietatis. Non
ne qui pomū tenuerit in manu sua
dimidia die reliqua diei pte pomū se-
uabit odore⁹. Quantū ergo illa vi-
scera virtus pietatis affectit. in qua
nouem mensibus pietas requieuit
Nam & ante repleuit mentē q̄ ven-
trem. et cū processit de vtero: nō re-
cessit ab animo. Scdo istā pietatez
ostendit in verbo quando dixit Jo-
hannis scdo Vinū non habent vbi
insinuauit indigentia. petiuit miseri-
cordia. & & suluit obedientia. q̄ om-
nia suam indicant pietatem. Indi-
gentia quidē insinuauit cū dixit. vi-
nū nō habent. & insinuando indige-
tia petijt gratia. Nam amicorū sim-
plices insinuationes sunt affectuo-
se postulationes Unde dī. Johan.
xi. q̄ sorores Lazari miserunt ad ie-
sum: dicentes. Domine ecce quem
amas infirmatur. Illa enī talis in-
sinuatio erat quedā deuota postula-
tio: tanq̄ si dicerent. veni & sana eū.
Eodem modo beata virgo Maria
quando insinuauit indigentia deuo-
te postulauit gratia: dicens. Vinū
quidem non habent: tāq̄ si diceret.
rogo te fili vt facias qd̄ habeant ip-
sum Ostendit pietatē in verbo quā

do ministris consuluit obedientia:
dicēs. Quodcūq̄ dixerit vobis: fa-
cite. Tercio pietatem exhibuit in fa-
cto: et hoc quando Elizabeth gran-
deue vetule et grauide ip̄a iuuen-
cula ministravit. Beda sup lucā. Festi-
nanter in montana Maria abiit et
zacharie domū intrauit vt p̄gnanti
grandeue iuuenula ministraret.
Quarto fuit studiosa mater. q̄ ip-
suz studiose & sollicite educauit. ope-
ra omnia misericordie in eum sollici-
te exercuit. sicut dicit Beda in sermo-
ne de assumptione: dicens. vt breui-
ter illa sex opera misericordie per-
curram⁹. Beata virgo Maria nō quē-
libet ex minimis: sed filiū dei in vte-
ro suscepit nudū carne v̄l etiā pan-
no operuit. esurientē pauit. siccitētem
lacte potauit. infirmū per infantia
non solum visitauit. sed etiam fouen-
do leniendo gestando frequēter et
omnia humana exhibuit Ip̄m etiā
in carcere positum. i. crucis patibu-
lo alligatū visitauit: dū iuxta crucē
eius stetit eiusq̄ sepulture interfuit
et ideo bñ studiosa m̄r fuit q̄ omnia
opa misericordie erga filiū exhibe-
re voluit.

Quomodo beata virgo Maria
est mater nostra.

Ater nostra ē beata & go ma-
ria que dicit. Ego mater pul-
chre dilectionis et timoris & agniti-
onis & sancte spei. que quidez & ba
possunt expōi vel de ip̄a respectu fi-
lij vel de ipsa respectu sui v̄l de ipsa

respectu nostri. inquantū exponun-
tur de ip̄a respectu filij. Dicendū q̄
ip̄a est mater pulchre dilectionis et
timoris et agnitionis et sancte spei.
id est x̄pi qui pulchre est diligēdus
propter suā bonitatē. Quia sicut d̄r
Luce xvij. Nemo bonus nisi solus
deus. Naum primo. Bonus domi-
nus ⁊ p̄fortās in die tribulationis.
et sciens sperantes in se qui est timē-
dus propter suam potestātē Mat-
thei. x. Timete eū qui potest aīaz et
corp̄ p̄dere in gehennā Hieremie
x. Quis nō timebit te o rex gentiū
in quē est credendū propter suā in-
cōmutabilē v̄itatē. Johis. xij. Dū
lucē habetis credite in lucez: vt filij
lucis sitis. Johis. xvij. Om̄is qui
est ex veritate: verba mea audit In
quē est sperādū propter suā libera-
litatē. Ip̄e enī in se spantes ditat di-
uicijs donozū celestīū. Ps̄. Spe-
ra in d̄no et fac bonitatē ⁊ inhabita-
terā et pascere in diuicijs ei⁹ J̄re
oculi omnium in te sperāt d̄ne. ⁊ tu
des escam illozū in tpe oportuno et
imples om̄ie aīal b̄ndictiōe. Sc̄do
p̄nt exponi sup̄radicta v̄ba de ip̄a
respectu sui. ex quibus v̄bis habet
q̄ ip̄a ē mensa celestis gratie in qua
di amore reficimur. ideo d̄r ego ma-
ter pulchre dilectiōis. q̄ ip̄a ē vas
maiestatis diuine. Ideo subditur.
et timoris. ex eo enī q̄ diuina maie-
stas in eius vtero habitauit terribi-
lis demonibus facta fuit. q̄ ipsa est
archa diuine sapiētie. iō subditur. et
agnitionis q̄ ip̄a est apotheca diui

ne sapiētie. iō subdit. et sancte spei.
Ex illa nāq̄ mēsa sancti viri accipi-
unt cibū diuini amoris quo faciānt
que tamen facietas nunq̄ habz fa-
stidiū sed semper auget desiderium
Ecci. xxiiij. Qui edūt me adhuc esu-
rient. et qui bibūt me adhuc sicient.
ex illo vase processit diuina maiestas
Unde demones tanq̄ virga p̄cussi
fugiūt et tereantur. Esaie. xxx. A vo-
ce d̄ni pauebit assur virga p̄cussus.
Ex illa archa attrahuntur thesauri
sapiētie vnde doctores ditantur.
Bernardus in sermone de assump-
tione. Quomodo de d̄o non sapiat
in qua sapiētia dei latebat. x̄ps vt
ait Ap̄tus. Dei v̄tus ⁊ dei sapiētia
et in eo sunt omnes thesauri sapien-
tie et scientie dei absconditi Ch̄rist⁹
autem in maria. ergo dei v̄tus et sa-
piētia ⁊ thesauri sapiētie ⁊ scien-
tie in Maria Ex illa vero apotheca
percipiunt peccatores electuarium
quo confortantur. Bernardus Fa-
cta est Maria apotheca gratiarum
omniū. in qua celestis pigmentari-
us cum omnibus suis vngentis se
collocavit. et euz omnibus delicijs
accubuit. Unde Augustin⁹. Tu do-
mina cella es aromatica ex qua om-
nium vulnerum nostrorum medici-
na defluxit per quem generalis om-
nium est celebrata curatio. Tu via
es qua deus venit ad homies qua
homo redit ad dominuz qua venit
peccator ad veniam seu qua venit
venia ad peccatorem. Tercio sup̄-
radicta verba possunt exponi de

ip̄a respectu nostri. Multi quidem sunt in amore di frigidī. Alij sunt superbi et p̄sumptuosi. alij tenebrosi. alij nimis formidulosi. Sed ista mater nostra frigidos ad dei amorem inflāmat. id̄o dicitur mater pulchre dilectionis. superbos et p̄sumptuosos suo timore ad humilitatem reuocat. ideo d̄i mater agnitionis. formidulosos ad sp̄m venie et diuine misericordie aimat. Ideo d̄i mater sancte spei. Ul̄ potest dici q̄ cū beata v̄go Maria fuit de² pater qui ip̄az suo filio desponsauit. fuit deus filius q̄ ipsam impregnauit. fuit deus sp̄s sanctus qui eā sanctificauit. fuit insimul tota trinitas que ip̄am ab eterno elegit. et ideo vocatur totius trinitatis nobile triclīnū. et fuit magne potentie cum qua fuit pater. magne sapientie cū qua fuit filius. magne clemētie et misericordie cū qua fuit sp̄s sanctus. magne charitatis diuine cū qua fuit tota trinitas. Deus enī trin² charitas n̄cupat. Iuxta ill̄d. j. Joh̄a. iij. Deus charitas est. Quia igr̄ est tante potētie. ideo potēter nos ab hoste defendit. ideo d̄i m̄tioris. qz ē tante sapientie. iō p̄ viā que ducit ad patriā nos sapienter deducit. iō d̄i m̄t agnitiōis. qz ē tate misericordie. iō peccatores ad sp̄m venie reducit. id̄o d̄i m̄t sancte spei. quia est tante charitatis immense. ideo in amore dei nos accendit. id̄o dicitur mater pulchre dilectionis.

In beata virgine Maria inuenitur quadruplex maternitas.

Aternitas quadruplex inuenitur in beata v̄gine Maria.

Una causatur ex generatiōe carnis s̄m quā aliqua d̄i mater illius quē de suis viscerib² generauit. Sc̄da causatur ex spiritali regeneratiōe. s̄m quā aliqua d̄i mater illius quē de sacro fonte leuauit Tercia causatur ex legali adoptione s̄m quā aliqua dicitur mater illius quem imperator rescripto vl̄ edicto sibi in filium adoptauit. Quarta causatur ex speciali educatione s̄m quā aliqua dicitur mater illius quem educauit et nutriuit. s̄m has quattuor mater nitates beata v̄go Maria quattuor filios habuit et habz. scz Christū Johannē baptistam. Johannem euangelistam. et om̄es christianos Christus nanqz fuit filius suus naturalis. quia ipsuz de suis viscerib² castis generauit. Unde dicit Bernardus Quāuis deus cum om̄ibus sanctis sit. specialiter tamen est cum beata v̄gine Maria cum qua vtiqz connexio ei fuit. vt illius non solum voluntatem: sed etiam christi carnē cōiangeret et de sua v̄ginea substantia vnuz christū efficeret vl̄ potius vnus christus fieret qui tamen nec totū de deo nec totū de v̄gie. tot² t̄n̄ dei et tot² v̄gis esset nec duo filij. s̄ vnus vtriusqz filius. Sc̄do Johannes baptista fuit suus filius sp̄s sanctus. qz ip̄m baptismo sp̄s sancti duz cēt infans in m̄ris vtero baptisauit Dicit enim Joh̄a. Lrij. q̄ q̄n beata virgo Maria salutauit Elyza.

beth vox eius ad puerū descendit.
et statim puer spiritus sancto repletus
fuit. et in matris utero sanctificatus
et a peccato originali mundatus.

Tercio Johannes euāgelista fu-
it eius fili⁹ legalis. quia imperator
celestis existēs in cathedra crucis
rescriptū fecit et edictum dedit. per
quod ipsum matri suē in filium ad-
optauit: dicens matri. Mulier ecce
filius tuus. Deinde dicit discipulo.
Ecce mater tua Et sic dicit Petrus
damiani. Sicut verbū dei est tan-
te virtutis q̄ panē in veruz corpus
christi transmutat. sic et illud verbū
q̄ dixit Iesus. Mulier ecce filius
tuus tante virtutis existit q̄ Johā-
nem verum filium matris suē fecit.
Uerū quidem nō per naturam: sed
per virtutē diuinā. Quarto chri-
stiani om̄s sunt eius filij. quia ab ip-
sa educantur et nutriuntur Quattu-
or enim proprietates sunt in matre
respectu filij scz genitura. cura. pri-
oritas. et dignitas Eodem modo in
beata virgine Maria est genitura
quia in fide et bonis operibus nos
generat. Unde dicitur Matthei. i.
q̄ ip̄a peperit filium suū primogeni-
tum. ergo habet filios. Secūdo geni-
tos. Constat aut̄ q̄ non habuit car-
nales. et ideo intelligitur de spiritu-
alibus. In ip̄a etiam est magna cu-
ra de filiis suis educandis. Un̄ ip̄a
dicit Eccl̄i. xiiij. Transite ad me om-
nes qui concupiscitis me: et a gene-
rationibus meis adimplemini. Ip̄a
etiam respectu filiorum magnas

habet dignitatē. Ibidem. Primo
genita ante omnē creaturā. Dabz
etiā prioritatē. Ibidem. Ab initio
et ante secl̄a creata sum. ideo sepe di-
cendū est sibi. Monstra te esse ma-
trem. et ipse respondere potest. et tu
monstra te esse filiū ne obliuiscaris
mei et ego non obliuiscor tui. Ps̄.
Esaie. xlix Nunqd obliuisci pōt mu-
lier infantē suū. vt n̄ miseratur filio
uteri sui. et illa. si oblita fuerit tamen
non obliuiscar tui.

Quomodo beata virgo Maria
est mediatrix nostra.

Mediatrix nostra est virgo ma-
ria. Unde dicit Bern̄. Media-
trix nr̄a est bt̄a virgo Maria inter
solem et lunā. i. xpm et ecclesiā vell⁹
inter rozē et aridā. Mulier amicta
sole. Nā vestit solem nube id est sub-
stantia carnis et vestitur ab eo splē-
dore maiestatis. Dicitur autem me-
diatrix q̄ntū ad sex modos. Primo
enī mediatrix nostre saluationis et
quātū ad hoc vocatur mediū terre.
Ps̄. Deus autē rex noster ante se-
cula opatus est salutē in medio ter-
re. i. in utero virginis marie. Dicitur
aut̄ ei⁹ caro nō terra: scz mediū terre
Caro enī xpi fuit sine peccato ꝓcep-
ta et sine pctō nata. Caro ho nr̄a cū
pctō ꝓcipit et cū pctō nascit. Caro
at̄ bt̄e marie virginis mediū tenet. qz
nā fuit eum peccato concepta et quātū
ad hoc cōuenit cū carne nostra. sed
fuit sine pctō nata et quātū ad hoc cō-
uenit cū carne xpi. De isto ire medio

7 nil tale h

84
a

Hic est

sic dicit Bern. ad ipam sicut ad me-
diū. sicut ad causas rezz omniū. sicut
ad negociū singulorū. respiciunt et
qui habitāt in celo z qui in inferno.
et qui nos p̄cesserunt. et nos qui su-
mus. z qui nos sequūtur. et nati na-
toz. et qui ab illis nascētur. Qui in
celo sunt vt restaurētur. qui in infer-
no erant vt eripiātur. qui p̄cesserūt
prophete vt fideles inueniātur. z q
sequūtur vt glificētur. Sc̄do est
mediatrix nostre p̄iunctionis z vni-
onis. quia nos dissociatos et diuersos
a deo tanq̄ mediatrix p̄iungit z vnit
Bern. in sermone de assumptione.
Preciosum munus terra nostra di-
rexit in celū: vt dando et accipiēdo
amiciciarū felici federe copulentur
humana diuinis. terrena celestib?
yma summis. et quantū ad hoc dici-
tur sol. Lā. vj. Pulchra vt lūa ele-
cta vt sol. Sicut enī sol supra se ha-
bet tres planetas supiores: et infra
se tres alios inferiores vt ip̄e est in
medio p̄stitutus. Sic z beata vgo
Maria non habet supra se nisi tres
in trinitate p̄sonas. infra se vero ha-
bet tres status saluandoz. scz virgi-
nes p̄tinentes z p̄iugatas. z ip̄a est
in medio constituta. p̄iungēs et vni-
ens illos tres status beatissime tri-
nitati. Istam autē coniunctionem
non potest facere nisi deus vl̄ ipsa.
Ideo dictū fuit Job. xxxviij. Nū-
quid coniungere valebis micantes
stellas pliades. Stelle ille vocātur
pliades a pluralitate. qz fm Grego-
riū sunt septem. septima latet z tātū

sex apparent. Tres igitur stelle su-
periores. scz tres in trinitate p̄sone
et tres sunt inferiores. scz tres sta-
tus saluandoz. z istas sex stellas ne-
mo pōt p̄iungere. quia tres status
saluandozz b̄e trinitati nemo pōt
vnire nisi deus vl̄ beata virgo ma-
ria. Septima autē stella que latet si-
gnificat cōgregationē omniū malo-
rū que quidez latet et ignoratur. qz
malozum p̄gregatio in numero ele-
ctorum non cōputatur z a deo peni-
tus ignorat. Juxta illud Matthei
xxv. Amen dico vobis: nescio vos.

Tercō est mediatrix nostre iusti-
ficationis. Demones nostrā iustifi-
cationē impediūt: vel suis tēptatio-
nibus nos nimis infestando: vl̄ in
bonis opibus nos impediendo: vl̄
a finali p̄seuerantia nos retrahēdo
Sed br̄a vgo Maria omnia ista im-
pedimenta expellit: z ideo nostram
iustificationē perficit. et quantū ad
hoc vocatur auroza. Ps̄. Ortus ē
sol et congregati sunt. et in cubilib?
suis collocabuntur scz catuli leonū
et bestie silue. De quibus supra dix-
it. Posuisti tenebras et facta ē nox
In ip̄a pertrāsibunt om̄s bestie sil-
ue. Catuli leonū rugientes vt rapi-
ant zc. Deinde subdit. Ortus est sol
id est lux solis. scz auroza id est vir-
go maria. z eius ortus tria fecit bo-
na. Primo enī expulit omnē demo-
nū temptationē. z ideo congregati
sunt scz leones id est demōes ad fu-
giendum. z in cubilibus suis collo-
cabūt id est in inferno abscondētur.

Secūdo hominē reddit expedi-
tū ad bonā operationē Tercō cō-
seruat hominez bene opantem vsqz
ad finalē p̄sumationez, iō subdit, ad
opationē suā vsqz ad vespam. Sūt
quidā qui opantur in mane qui scz
bene incipiunt. Alij sunt qui opant̄
vsqz ad meridiē, scz qui inceperunt
et bene persecuti fuerunt, sed tamen
postmodū defecerūt. Alij qui ope-
rantur vsqz ad vesperā, scz qui be-
ne incipiunt melius prosequūtur et
optime finiunt. Quarto est me-
diatrix nostre reconciliationis, pec-
cator efficitur inimicus dī propter
peccatū carnalis p̄cupiscētie v̄l sup-
bie vel auaricie Ista autē mediatrix
istos dī inimicos sepe recōsiliat dū
eos ad penitentiā reuocat, iō voca-
tur luna. Lanā. vj. Dulchra vt lūa
Luna quidē immutat aerez z visce-
ra terre z dñatur supra mare. Sic
et btā virgo Maria aerem mutat,
quādo superbos et elatos ad hūili-
tatē reuocat, est vicina terre qz pa-
rata est in auaris extinguere auari-
ciam cupiditatis terrene. Dominat̄
supra mare, quia extinguit z exsiccāt
aquas carnalis p̄cupiscētie. Aqua
maris est lucida: s; amara, sic et car-
nalis concupiscentia videtur habe-
re dulcedinez: sed generat amaritū
dinez. Prover. v. Fauus distillās
labia meretricis: z nitidius guttur
ei⁹ oleo, ecce aqua clara, nouissima
autem illius amara quasi absinthēū
ecce aqua amara. Propt̄ ista tria
de ipa virgine Maria tria dicūtur

Eccli. xxiij. p̄mo q̄ supra mare am-
bulauerit in fluctibus inquit maris
ambulauit, q̄ colla superboz calcāt
Unde subdit, et omniū excellentiuz
et sublimiū colla propria virtute cal-
caui. Tercio q̄ ipsa inferiores ptes
terre penetrat. Unde dicitur ibidem
Penetrabo inferiores ptes terre.
Tūc ergo super mare ambulat qm̄
carnalē concupiscētiā in nobis sup-
peditat. Tūc supbozum colla cal-
cat z domat quādo supbos ad hūi-
litatē reuocat Tūc inferiores par-
tes terre penetrat quādo profūda-
tos in amore terrenoz gratia sue vi-
sitationis ab omī terrena cupidita-
te inuitat. Quinto est mediatrix
nostre aduocationis. Ip̄a enī tāq̄
nostra mediatrix pro nobis aduo-
cat ad deū. Bern. in sermone de an-
nunciatione. Si ad deum patrē ve-
rearis accedere ad filiū fuge iesum
Tūc tibi fratrem maria dedit, sed si
forte in ip̄o maiestātē verearis diui-
nā. Ad mariā igitur curre in qua ē
humanitas pura z ipsa exaudietur
pro sui reuerentia. Qualiter autem
ip̄a sit mediatrix nostre aduocatio-
nis in quadam visione ostenditur.
Erat autē quidā grauis peccator
qui in visione ductus est ad iudiciū
ante deū, tūc diabolus per quatu-
or allegatōnes voluit probare ip̄m
suū esse. Primo iure iustriemēti qd̄
deus dictauit: quando dixit. Quā-
cūqz hora comederetis: morte mo-
riemini. Luz igitur ille sit de ei⁹ pro-
genie. merito instrumenti publici

morre perpetua debet mori Ad qd
mediatrix nostra respondit. Illud
instrumentū demon falsificasti qñ
nequaq̃ apposuiti ibi. ⁊ ideo tāq̃
falsarius es repellendus Scdo di
xit eū esse suū iure p̃scriptōis. quia
in multis annis eū in seruū possedit
Ad quod illa r̃ndit. Illa p̃scriptio
sepe fuit interrupta. quia ratio eius
sepe murmurabat et cōtradicebat.
q̃ tam crudeli domino seruebat.
Tercio dixit eum esse suū et in infer
nū dimergendū ratione propieta
tis ip̃ius peccati Nam propriū pec
cati est esse deorsum ⁊ trahere ad lo
cum infimuz. ⁊ ideo debet dimergi
in profundū inferni. Sed bt̃a vir
go Maria ad hec respondit. qz pas
sio ⁊ pena filij sui om̃ibus peccatis
amplius ponderauit. Quarto dice
bat ip̃m esse suū. quia plura sunt ei
mala q̃ bona. tunc ad p̃ceptū iu
dicis illata est statera ⁊ dum ps sta
tere in qua erant mala multū pōde
raret ⁊ alia parum. Mater misericōdie
sup illam p̃tem statera in qua erant
eius bona manū apposuit: ⁊ ipsam
ad terram traxit. Tunc diabol⁹ cō
fusus abiit ⁊ an fugit. Uir autez eui
gilans: vitam suam correxerit: in meli
usq̃ mutauit. Sexto est media
trix cōmunicatōnis. quia cū adhuc
esset in mundo cōmunicauit cū san
ctis qui erant in via. ⁊ cum illis qui
sunt in patria et quantū ad hoc pōt
appellari firmamentū in medio aq̃
rum id est sanctoruz que sunt in via
et que sunt in patria. Ipa enī tanq̃

mediatrix cōicat vtrisque Nā cū sup̃
ozib⁹ que sunt i patria habuit om̃i
modā p̃fectionē Cū inferiorib⁹ q̃
sunt in mundo habuit merendi con
ditionē. Cū sup̃ioribus habuit secu
ritatē contra casum Cū inferiorib⁹
possibilitatē ad interitū. Cū sup̃iori
bus exultationē. Cū inferioribus
cordis compassionē.

Quomodo beata virgo Maria
fuit ministra dei.

In sinistra dei fuit bt̃a ⁊ go ma
ria. Ecclesiastici. xxiij. In ha
bitatiōe sancta corā ip̃o ministravi.
Fuit autez ministra respectu filij et
nostri. respectu filij. quia sibi sedule
ministravit. Aug⁹ in sermōe de As
sumptione. Maria siquidez ⁊ opis
exhibitōe et fidei ⁊ itate m̃stra xp̃i
fuisse intelligitur. Om̃is qui sane sa
pit ope certe m̃stravit q̃ hunc in v
tero gessit ptuq̃ p̃fusum aluit et fo
uit in p̃sep̃io recliauit. In egipto fu
giens abscondit: ⁊ omnē eius infan
tiā p̃secuta est pio matris affectu
ita vt vsq̃ ad crucem inq̃ virū iam
p̃fectū vidit eū pendentē ab ei⁹ nō
recessit cōsectatu. Fuit etiam christi
ministra. qz fm Bedā om̃ia opa mi
sericordie. erga eū ministravit et exhibuit.
Nam ip̃m ⁊ ginea carne vesti
uit. cū lacte de celo ministrato pota
uit. ⁊ p̃auit ip̃m nonē mensib⁹ in vte
ro. hospitata fuit ip̃m p̃ infantia. in
firmū non solum visitauit: sed etiam
oia obsequia humanitatis exhibuit

Ab ipso in carcere crucis ligato nō recessit eius sepulture interesse voluit. Scđo dī ministra ratione nri Deus enī isti ministre quīq; misteria z officia cōmisit Primū officīū est. quia ip̄a est elemosinaria celi. qz om̄s elemosinas de celo fiendas sibi cōmisit. Ip̄a autē non est auara sed liberalis et larga. De qua dicit̄ Prover. vi. Manuz suam aperuit iopi et palmas suas extēdit ad pauperes. Ibidēz. Dedit p̄dam domesticis suis: z cibaria ancillis suis. Scđm officīū est. quia ip̄a est celleraria sp̄s sancti. Cant. ij. Introduxit me rex in cellam vinariā. Istud autē vinū copiose effundit: z tamen semp̄ plena existit. Unde ipsa dicit. Cant. quinto Bibite amici z inebriamini charissimi. Et subditur. Umbilicus tuus crater tornatilis: nunq̄ indigens poculis. Terciū officium est. quia ip̄a est thesauraria dei. Deus enī triplicem thesaurum dispensandum sibi commisit. scz thesauruz potentie. Ecclesiastici. xxiii. In hierusalē potestas mea. Scđo thesaurum sapientie. Prover. xiiii. Sapiens mulier edificauit domū suaz id est gubernat sanctā ecclesiam. Tercio thesaurum misericordie. Un̄ ad suas misericordias recipiendas om̄s inuitat: dicens. Eccli. xxiii. Transite ad me om̄s qui concupiscitis me: et a generationibus meis adimplemī. Quartū officīū. qz ip̄a est aduocata generis humani. vñ clamam⁹ ad eā. Eia ergo aduocata nra illos tu

os misericordes oculos ad nos cōuerte. Nos enī sum⁹ in pegrinatiōe sumus in lachrymatione. sumus in tenebrositate ignorantie. iō clamamus vt ip̄a nra aduocata oculos misericordie ad nos dirigens de peregrinatione siue exilio ducat ad celestem patriam De lachrymatiōe ducat nos ad eternā leticiā. iō clamamus z dicimus ad te clamam⁹ exules filij eue. Ad te suspiram⁹ gementes et flentes in hac lachrymarum valle. Clamam⁹ etiā vt de tenebrositate ignorantie nos ducat ad claritatem visionis diuine: dicentes. Et iesum benedictū fructū ventris tui nobis post hoc exiliū ostēde. Quittū officīū est. qz ip̄a est hostiaria paradisi. ip̄a enī est hostiā p̄ qd̄ intramus. Un̄ d̄t ecclesia Tu regis altitiana z porta lucis fulgida zc. Est etiam hostiaria que nos itroducit vñ ad ip̄am est pulsanduz z dicendum Cant. v. Aperi mibi soror mea amica mea. Hugo de sc̄to victore. Maria porta christus hostiū patris occultū. p̄ Mariā ergo ad christū z p̄ christū venit ad eum.

Quomodo beata virgo Maria compatur myrrhe

Irba tripliciter repitur. scilicet mirrha prima electa z probatissima. Myrrha prima est penitentia et amaritudo insipientiu z seupenitentiu. De qua dī Canticoz v. Man⁹ myrrhe distillauerūt myrr

rham primā Myrrha electa est pe-
nitentia claustralium qui dicunt cum
propheta. Elegi abiectus esse in do-
mo dei mei. De qua etiā dicit Ecclesia
stici. xxiiij. Quasi myrrha electa de
disinuitate odoris mei. Myrrha
probatissima est penitētia pfectorum
qui ab omni amore mundi abstracti
solo desiderio celestium pascuntur. et
pro desiderio celesti patrie affligun-
tur. De quibus dicit Land. v. Digni-
tati mei pleni sunt myrrha probatissima.
Beata autē Virgo Maria voluit ha-
bere myrrham primā cum penitentibus
cum ipsa tamē erat innocentissima. mir-
rham electā cum claustralibus. cum tamen
omnium claustralium esset magistra
myrrham probatissimā cum perfectis
cum tamen ipsa esset pfectissima.

De misericordia beate Marie virginis.

Misericordia beate Marie vir-
ginis est omnibus misericordiis
aliorum sanctorum excellentior. genera-
lior. comunior. et maior. Est quidem
excellētiore quia eius misericordia omnes
alias misericordias excellit. Sicut
enim oleum eminet ceteris liquoribus.
sic et eius misericordia eminet sanctorum cete-
ris miserationibus. Ista autē excel-
lentia quintuplex ostenditur. et ideo quia
quibus assimilatur. scilicet aurore. lu-
ne. soli. et armate aciei. et stelle maris
Land. vi. Que est ista que progreditur
quasi aurore cōsurgens. Assimilatur
quidem aurore quia eius misericordia per omni-
bus alijs est utilior. Sic enim auro-

ra expellit noctem culpe et introducit
diem gratie Secundo assimilatur lune
quia eius misericordia per omnibus alijs est vicini-
or. sicut luna per omnibus alijs planetis est
terre magis vicina. sic beata Virgo ma-
ria omnibus sanctis nobis est propior et
propinquior ad miserendum. Ter-
cio assimilatur soli. quia eius misericordia per omni-
bus alijs est cōrior. quia non est qui se
abscondat a calore nec a luce eius. sed
omnibus dat misericordiam inflammatam et af-
fectum et illuminantem intellectum.
Quarto assimilatur armate aciei quia
eius misericordia per ceteris est potentior
quia hostes perterit et in fugam cōuertit.
Quinto assimilatur stelle ma-
ris quia eius misericordia per ceteris est diu-
turnior. sicut enim ceteris stellis occi-
dentibus illa non occidit. sic ceteris
sanctis non exaudientibus maria non
deserit. Secundo principaliter eius mise-
ricordia est omnibus generalior. quia
vbiq; generaliter inuenitur. in mu-
ndo. in iudicio. et in celo. In mundo
quidem quia tota terra sua misericordia est
plena. nec mirum. quia ipsa habet mise-
rendi potentiam sapientiam voluntatem
promptam. Prover. xxi. Thesau-
rus desiderabilis et oleum in habita-
culo iusti. potest quidem misereri et sub-
uenire. quia habet thesaurum misericordie.
vult libenter subuenire quia habet oleum
id est pietatis affectum. scit subuenire
quia fuit iusti. id est christi qui est dei sapi-
entia speciale miraculum. Secundo sub-
uenit in iudicio. Prover. vii. Lau-
dant eam omnes electi in portis. id est in
iudicio. quia olim iudicia in portis te

nebantur opera eius scz que tūc fa-
ciet. *Ipsa* enī btā *¶* go *Maria* cum
filio ad iudicium veniet: z ibi erit in
magno honore quo ad se. z in mag-
na vtilitate quo ad nos De honore
quē in iudicio hēbit dī in ps̄. *Astitit*
regina a dextris tuis zc. *Ipsa* ei
honoratur quantū ad locū. quia a
dextris filij sedebit. iō dicit. *Astitit*
regina a dextris tuis. Honoratur
quantū ad habitū. quia glioso cor-
pore induta erit. *Iō* subditur. *In*
vestitu deaurato. i. cū corpe glori-
ficato. Honorabitur etiā quantū ad
portū. qz om̄s angeli et sancti cir-
ca eam tanq̄ suaz reginā assistēt. iō
subditur *Circūdata* varietate. i. om-
niū sc̄toꝝ diuersitate. Sc̄do ibi erit
ad magnā vtilitatē quo ad nos. vñ
dī de ea *Proverbioꝝ* vl. *De nocte*
surgens dedit pdam domesticis su-
is: z cibaria ancillis suis. *Ibidem*.
Om̄s domestici eius vestiti dupli-
cibus. Ancille eius sunt anime q̄ si-
bi humiliter fuerūt. Domestici ei⁹
sunt illi qui ex intima deuotiōe cum
ip̄a quasi quandā familiaritatē con-
traxerunt. *Ipsa* igitur tūc de nocte
surgit. qz ad litterā vt creditur iudi-
ciū in nocte fiet et tunc ancillis z do-
mesticis dabit pdam. i. demonū z
reprobōzū victoriā quos om̄es in
pdam eius dabit. qz quilibet sc̄tū
eos sub pedibus tenebit. *Malach.*
quarto *Calcabitis* impios cum fue-
rint quasi cinis sub planta pedū ve-
stroꝝ *Dabit* etiam eis cibaria quia
cum filius suus sit verus deus z ve-

rus homo eos cibabit et reficiet in
visione humanitatis. in contempla-
tione deitatis. *Ipos* z vestiet dupli-
cib⁹ id est duplici stola glorie z btū-
tudinis anime scz z corpis. *Ter-*
cio eius misericordia apparet in re-
gno quia eius claritas in beatis est
causa glorie leticie z honorificentie
Glorie quidē quia eius claritas be-
atos illustrat. *Bernard.* *Marie* p̄-
sentia totus illuminatur orbis. a dō
vt ip̄a superna ciuitas clarius ruti-
let. *¶* ginee lampadis illustrata ful-
goribus. Est etiā causa leticie. quia
sancti sine magna leticia videre nō
possunt sorozē suam super om̄s an-
gelos exaltataz. Est etiam causa ho-
norificentie. quia magnū est sanctis
habere fratrem id est *Christū* z so-
rorem id est beatā virginem *Mari-*
am quozū vnus est rex: z altera est
regina toti⁹ regni celestis. *De* istis
tribus dicitur *Judith.* xv. *Tu* glo-
ria hierusalē. tu leticia israel. tu ho-
norificentia populi nostri. *Ter-*
cio eius misericordia est ceteris mi-
sericordijs communior z copiosior
Unde eius misericordia assimilatur
oline campi. *Eccli.* xxiii. *Quasi* oli-
ua speciosa in cāpis. *Misericordie*
alioꝝ sanctoꝝ sepe sunt oliue hoz-
toꝝ. quia clausas eas tenent eo qd
digni non sumus. *Misericordia* au-
tem beate *Marię* virginis est oliua
campi. quia om̄ibus est cōmunis.
Bernardus. *Beata* virgo *Maria*
copiosissima charitate sapientibus
et insipientibus debitoricem se facit.

om̄ibus misericordie sinum apit vt
de plenitudine ei⁹ accipiant vniuer
si Captiuus redemptionē. eger me
delā ⁊ curatōnē. tristis ⁊ solationē.
peccator veniā. iust⁹ gr̄am. angel⁹
leticiam. tota deniq; trinitas gl̄iam
filij persona carnis substantia. nec
est qui se abscondat a calore ei⁹ Idē
Quid ad mariaꝝ accedere trepidet
humana fragilitas nihil in ea auste
rū est tota suavis est om̄ib⁹ offerēs
mel lac et oleū. reuolue totā scriptu
re seriem si quid durū in ea occurre
rit de cetero eaz suspectā habeas ⁊
accedere verearis. Quarto eius
misericordia om̄ib⁹ alijs misericor
dijs est maior quadruplici ratione
scz longitudine. latitudine. sublimi
tate. ⁊ profunditate. De hoc sic dic̄
Bern̄. Quis o benedicta misericor
die tue lōgitudinē latitudinē ⁊ pro
fundū inuestigare possit. Longitu
do enī ei⁹ vsq; ad diē nouissimū sub
uenit vniuerb⁹ eā inuocatib⁹ Latitu
do e⁹ replet orbē terraz. vt ei⁹ quo
q; miscōia plēa ē oīs terra. Subli
mitas citat̄ eterne ruinas instaura
uit. Profunditas quoq; sedētib⁹ i
tenebris ⁊ ymbra mortis redēptio
nē obtinuit. Sit ergo tue pietat̄ ip
sam quā ap̄ deū inuenisti gr̄az no
tā facere mūdo. ꝑcib⁹ tuis obtinen
do reis veniā. egris medelā. pusill̄
corde robur. afflictis ⁊ solatōez. ꝑi
clitatib⁹ adiutoriū ⁊ liberatōez

Quō btā ⁊ go Ma. ꝑpañ nardo
Ardus sc̄at btām ⁊ ginē ma
riā. De qua dī Lanf. ꝑmo Lū

esset rex in accubitu suo: nard⁹ mea
dedit odorē suū. vbi tria sunt viden
da. scz que sit ista nardus. q̄s sit iste
regis accubit⁹. quis sit iste odor tā
gratus. Circa ꝑmū est notandū.
q̄ nardus est herba pua odorifera
calida ⁊ ⁊tuosa. Inq̄tū est pua sig
nificat̄ marie hūilitas qz cū essz ma
xima ⁊ in matrē dei assumpta: tamē
se reputabat puā ⁊ hūilimā q̄n dice
bat. respexit hūilitatē ancille sue. in
quantū est odorifera scatur ei⁹ vir
ginitas. cui⁹ memoria deo ⁊ hoib⁹
facit odorez. Sapie quarto. O q̄
pulchra est casta generatio cū clari
tate. Immortalis est enī memoria
illī⁹ qm̄ ap̄ deū nota est et ap̄ ho
mines. Inq̄tū est calida dī signifi
cari eius feruens charitas que tan
ta fuit q̄ deum de celo ad terrā trax
it. Aug⁹ O charitas q̄ magnas vi
res habes que deū de celo ad terrā
deposuisti. Inquātū est ⁊tuosa no
tatur eius pietas. Virtus autē nar
di sicut dī in libro de ꝑopetariibus
herbarum est quia habet cerebruz
et cor confortare. inflationē stoma
chi deprimere. ⁊ fluxum ventris re
stringere Sic pietas beate Marie
virginis confortat cor in tribulatio
ne. depmit cor ab elatione. stringit
cor a carnali delectatione Sc̄do
sciendū q̄ iste rex. i. Christus habz
quadruplicē accubitu. Primus
est sinus patris. De quo Jobānis
ꝑrimo. Unigenit⁹ qui est in sinu pa
tris ipse nobis enarrauit Sc̄dus ē
vterus matris. De quo Ecclesiasti

cl. xxiii. Requieuit in tabernaculo meo. Tercius est lignū crucis. vbi Christ⁹ accubuit ⁊ obdormiuit. Lātico. pmo. Indica mihi vbi pascas vbi cubas in meridie. Ad lram enī Christ⁹ in meridie in cruce accubuit. Quartus est cor hoīs in quo christ⁹ per fidem veraz habitat ⁊ quiescit. ad Ephes. iij. Vitare xpm per fidē in cordib⁹ vris. viso que sit ista nardus: ⁊ quis sit iste regis accubitus. Videam⁹ quis sit iste odor tam gratus pro eo qđ dicitur nardus mea dedit odorez suum. Nam dū ille rex esset in pmo accubitu. id est in sinu patris odore dedit marie humilitas que intm xpm delectauit qđ ad ei⁹ vterū descēdit. tū se hūiliauit: dicens. Ecce ancilla dñi. statim christ⁹ de sinu patris ad eius vterum venit. Dū essz in scdo accubitu id est vtero vginis odore dedit marie vginitas quia christ⁹ in vtero matris vginitate ipius ⁊ puritate pascebat. Lanb. ij. Qui pascitur inter lilia id est inter corda pura ⁊ mūda. Dū esset in tercio accubitu id ē in ligno crucis odorem dedit marie charitas que tanta fuit q̄ iuxta crucez filij stabat parata pro humano genere martyriū sustinere. Ambro sius super lucas. Fortasse quia cognouerat p filij mortē mūdi redēptiōnē futuram putabat aula regalis se sua morte publico aliquid muneris additurā. Inq̄tum rex ille est in quarto accubitu id est in corde hominis odore dat marie pietas q̄ nū

q̄ deficit: sed semp deū ad misericordiaz ⁊ pietatez inducit Hugo de sancto victore. Maria stella Christ⁹ solido peccatores velut in nocte a maria p̄solant. Iusti v̄o tanq̄ in die a xpo illuminantur. itaqz si p̄timesciscis supplicaturus ad christū accedere ad mariā respice. genus tuū conspicias nihil illic q̄ timeas inuenis.

De natiuitate btē marie vginis.

Actiuitas marie vginis pmo fuit a deo p̄nūciata Scdo fuit a patriarchis p̄figurata. Tercio a prophetis p̄dicta Quarto a dō gratiose exhibita. Quinto ab ecclia solēniter instituta. Primo fuit enī p̄nūciata a deo qñ dixit sp̄p̄ti de muliere. Genesis tercio. Ipsa cōteret caput tuum. Fulbertus episcopus carnotens. Dixit eternus ad veterē deus ad sp̄p̄tē. inimicicias ponaz inter te ⁊ mulierem. ipsa conteret caput tuuz. Quid est serpentis caput cōterere: nisi p̄ncipalē diaboli suggestionē resistēdo supare. Si ergo queratur que nā mulier hoc opata sit huiusmodi victoriā. profecto nō reperitur in linea generatōnis humane donec perueniat ad mariam que nimirum caput serpentis virtutis pede contriuit in eo q̄ vginitatem ⁊ humilitatem deo consecrauit Deinde subdit. Virginitate nāqz extinxit concupiscentiam carnis. Humilitate vero que ipsam fecit pauperem spiritu concupiscentiā mentis.

Secundo a patriarchis fuit p̄figu-
rata sicut in virga aaron germi-
nasse dicitur. Glosa. i. in ȳgine ma-
ria que sine virili semine genuit ver-
bū dei. Bern. sup̄missus est. Nō est
incōueniens diuersis rebus diuersis
causis mariā figurari sicut in virga
aaron. Nā in virga intellige ei⁹ po-
tentiā. in flore eius fragrantia. in fru-
ctu saporis eius dulcedinē. in fron-
dibus puuloꝝ ad se cōfugientū se-
dulā protectionē. Idē ibidē. Quid
etiā illud gedeonis vellus qđ vtiq̄
s̄ carne: sed sine carnis vulnere ton-
sum in area ponitur et nunc quidez
lana nunc area roze pfunditur nisi
carnez assumptā de carne virginis
et sine determinēto virginitatis cui
vtiq̄ distillātibus celis tota infun-
ditur pleitudo diuinitatis. adeo vt
de hac plenitudine oēs accipemus
qui vere sine ipa nihil aliđ q̄ arida
terra sum⁹. Tercio fuit a prophe-
tis predicta. Bern. Audiam⁹ Die-
remiā dicentē. Nouū creauit deus
sup̄ terrā. femina circūdabit virum
si dixisset infantem siue paruulū nec
nouū videretur. nec mirum. sed vir
erat Iesus nec dū natus. sapientia
quidē non etate. non corp̄is sed ani-
mi vigore. et ip̄e Esaias d̄t. Ecce da-
bit dñs vobis signū. Ecce ȳgo p̄ci-
piet et pariet filiū. De ista multica p̄-
nūciatiōe et p̄dicatiōe d̄t Hierony.
in smōe de assumptiōe Nec est in-
quit q̄ d̄nis et angelicis preconijs
laudata est et p̄figurata et p̄dicata.
a patriarchis quidē figuris et enig-

matibus p̄figurata a prophetis p̄-
nūciata. ab euangelistis exhibita et
mōstrata. ab angelo venerabiliter
et officiosissime salutata. Bern. vbi
sup̄ra Qđ moysi mōstratū est in ru-
bo et igne aaron in flore Bedeoni
in vellere et roze. hoc apte Salemō
p̄uidit in forti muliere Aptius Die-
remias in femina virū circūdante.
Aptissime ȳo Esaias de ȳgine cō-
cipiente Habriel tandē exhibuit ip-
sam ȳginē salutādo. Quarto fu-
it a deo grōse exhibita. Nra enī na-
tiuitas nō est grōsa: sed ignominio-
sa. p̄mo qz est cū reatu. Ps̄. Ecce ei
in iniquitatib⁹ conceptus sum et in
peccatis concepit me mater mea.
Sc̄do quia est cū fletu. Sapie vij.
Primā oīm vocem emisi plorans.
Tercio qz est cū penuria et defectu
Job p̄mo. Nudus egressus suz de
vtero matris mee. Homo enī nasci-
tur nudus. non tm̄ nuditate veltū
sed etiam nuditate virtutum. Nati-
uitas autem beate Marie fuit gra-
tiosa. quia non fuit cum reatu. Ij cū
oīm mundicia. non fuit cuz defectu
sed cum oīm virtutū et grāz habun-
dantia. nō fuit cum fletu: sed cū leti-
cia. Quāuis enī in suo ortu nō fleue-
rit sicut ceteri pueri. tamē angeli in
eius natiuitate habuerunt magnū
gaudium et nos etiaꝝ habere debe-
mus Propter ista tria dicitur Ne-
ster viij. Judeis noua lux oriri vi-
sa est gaudium honor et tripudium
In hoc q̄ eius ortus vocatur lux.
ostenditur q̄ natitas sua fuit pura

et munda In hoc qđ dī q̄ fuit gau-
diū z tripudiū ostenditur q̄ fuit an-
gelis gaudiosa et nobis multū iocū-
da. In hoc qđ dī honor ostēditur
q̄ fuit omniū grāru z virtū deco-
re ordinata. Quinto eius natiui-
tas fuit ab ecclesia solēniter institu-
ta triū enī natiuitates. scz christi be-
ate marie &ginis et Johānis bap-
tiste ecclesia tñmodo celebrat quin-
qz de causis. quia omēs isti tres na-
ti sunt sancti De p̄mo dī Luce p̄mo
Quod enī ex te nascetur sanctū vo-
cabitur filius dī. De scđo p̄s. San-
ctificauit tabernaculū suū altissim⁹
Bern. Neqz enī natiuitas btē Ma-
rie &ginis festiuis laudibus hono-
raretur si nō sancta nasceretur. De
tercio Hieremie p̄mo. Anteqz exi-
res de vulua sanctificauit te. Scđo
quia omēs isti tres nati sunt grā ple-
ni De p̄mo Johis p̄mo. plenū grā
et virtate. De scđo Luce p̄mo. Aue
gratia. De tercio Luce p̄mo Spiri-
tus sancto replebitur adhuc in vtero
matris sue. Tercio qz omēs isti tres
miraculose sunt nati. Nam Christ⁹
est natus de matre virgine Maria
vero de sterili vtroqz parente Jo-
hannes de sene p̄re z matre. Quar-
to quia dies ortus illoz fuerūt gau-
dio dedicati. De primo Luce scđo.
Annuncio vobis gaudiū magnum
quod erit omī populo. De scđo can-
tat ecclesia. Natiuitas tua dei geni-
trix &go Maria gaudiū annuncia-
uit vniuerso mundo. De tercio Lu-
ce p̄mo. In natiuitate ei⁹ mlti gau-

debunt. Quinto qz omnes isti tres
fuerūt p̄re ceteris sanctis maiori lu-
ce p̄fusi Nā lux christi assimilatur
luci solis. Malach. iij. Vobis timē-
tibus nomen meū orietur sol iusti-
cie Lux btē marie &gis assimilatur
luci lune. Can. vi. Dulchra vt lūa
Lux bti Johis assimilatur luci lu-
ciferi Job. xxxvii. Nūquid produ-
ces luciferū in tpe suo. sicut iḡ post
solem luna post lunā lucifer magis
lucz. sic p̄ xp̄z btā &go maria et p̄
btam &ginē mariā btūs Johānes
baptista magis splendet. Et iō sicut
in celo sol et luna et lucifer amplius
lucent. sic in ecclesia militāti isti tres
p̄ ceteris sc̄tis magis refulgere dñt

Quo btā &go Maria dī nauis.

Auis dī &go Maria mltipli-
ci rōne. Primo rōne cause ef-
ficientis. qz deus trinitas eam fecit.
Nā p̄r posuit ibi suā potētā in qua
tum potētā dīnitatē receptuā sibi
ptulit. fili⁹ ibi posuit suā sapiētā in
quantū sigillū &gitatis integrū ibi
huauit. spūsc̄tus ibi posuit suā grāz
in q̄tū pleitudinē grē sibi dedit Se-
cūdo dī nauis rōne cause materialis
De mat̄ia at̄ hui⁹ nauis ip̄a dī Eccl̄
xxiiij. Quasi cedr⁹ exaltata sup in li-
bano z quasi cypr̄sus in mōte syon
quasi oliua speciosa in campis silue
quasi platan⁹ exaltata sum iuxta a-
quas in plateis. Est igitur ista
nauis facta de cedro virginita-
tis. Quia cedrus est odorifera et

imputribilis et significat eius virginitatē que fecit ipsam deo gratā et odoriferam et carnem eius seruauit incorruptam de cypho charitatis. quia cyphus est tante fortitudinis et soliditatis q̄ nulli oneri cedit. sic et charitas b̄tē Marię &ginis nulli tribulationi vnq̄ cedere potuit. **Lanđ. viij** Fortis est vt mors. dura sicut infernus emulatio. aque multe non poterunt extinguere charitatem **Facta** est etiā de oliua pietatis que semper nitet. qz eius pietas nūq̄ alicui deest. nec in vere iuuentutē nec in autumno senectutis. nec ī hie me tribulationis. nec in estate alicuius mali feruoris. **Facta** est etiā de platano humilitatis. Est enī platanus arbor amplissima et hūilis. sic humilitas beatā &ginē amplissimā fecit. quia illum in ytero suo recepit quem celi capere non possunt **Naz** sicut dicit Bern. Maria non ex virginitate sed ex humilitate concepit.

Tercio dicitur nauis ratiōe cause formalis. Forma enī nauis ē. qz supius est apta inferius est clausa. **In principio** stricta. in fine angusta. in medio lata. Sic et b̄tā virgo Maria fuit supius apta ad amorem celestium. Inferius clausa ad amorem terrenorum **Fuit** in principio sue conceptionis stricta. quia cum peccato originali concepta fuit **In fine** passionis angusta. qz in morte filii doloris gladio vulnerata fuit **In medio** lata fuit. quia toti⁹ trinitatis noble triclinium est effecta. **Quarto**

dicitur nauis ratione cause finalis. Est enī facta vt deū de celo ad terram portaret. **Juxta illud Prouer. ultimo.** Facta ē quasi nauis institoris de longe portās panē suū. **Iste** est ille panis de quo dicit **Johis. vi.** Ego sum panis viu⁹ qui de celo descendī. **Istū** panem nobis de longe portauit. istud autē de longe dicit distantia locorum. quia de celo in terram ipm portauit: vbi est distantia maxima. Vel dicit distantia naturarū. quia ille panis constat ex natura diuina et humana in quibus est distantia infinita. Vel dicit distantia statuum. Cum enī quattuor sunt status hominis. **Un⁹** ante peccatū sub innocentia **Secūdo** post peccatum sub culpa et pena. **Tercius** sub grā **Quartus** erit in gloria. **Christ⁹** carnem suā accepit de longe. i. de pmo statu humane nature q̄ fuit scz sine peccato et sub innocentia. nihilominus tamen de singulis statib⁹ xp̄us aliquid accepit **Nā** de pmo accepit peccati immunitatē. De scdo penalitātē. De tercio grē pleitudinē. De quarto gloriosaz fruitionē. qz eius aia beata cōtinue fruebat. **Ad istū** panē comedendum ipa nos inuitat dicens **Prouer. ix.** Comedite panē meū et bibite vinū qd̄ miscui vobis. **Idem** autē vocatur vinū et panis scz christus. **Nā** ipm vinū de⁹ trinitas miscuit quādo aquā hūanitatis vino dinitatis vniuit. **Ipsa** etiā virgo miscuit: qn̄ de suis sanguinibus materiā misit. **Panem** quoq̄

istum ip̄a fecit. Unde significata est
per illam mulierem De qua legitur
Matthei. xiiij. que tria sata farine. i.
corpus et animā et diuinitatē simul
coniunxit. fermentuz autem in hac
cōmixtione fuit fides & yginis Ma-
rie. Quito dicit̄ nauis ratiōe ar-
boris que in ista nauī erecta fuit. &
qua arboze dicit̄ Ezechielis. xxvij.
Cedrum de libano tulerunt vt face-
rent sibi malū. Ista arbor fuit chri-
stus qui in ygine Maria fuit ere-
ctus qui assimilatur cedro. non tan-
tum propter sui sublimitatē: s; etia;
propter fructus qualitātē. Poma
enim cedri in aliqua pte sui sunt dul-
cia. in alia sunt acerba. in alia inter
dulce & acerbum sunt media. p que
significantur tres in christo nature
Nam in christo fuit diuinitas dul-
cissima. fuit caro amaritudine pie-
na. fuit etia; anima que fuit dolore
plena inquatū sue nature relicta pa-
uebatur. & fuit dulcedine repleta in
quantū fruebatur. Sexto dicit̄
nauis ratiōe veli quod ibi appen-
sum fuit. qui autem significatur per
arbozem ipsius nauis: ip̄e etiam sig-
nificatur per velum. scilic; ip̄e chri-
stus. De isto velo dicit̄ Ezechielis
xxvij. Bislus varia de egipto cōtex-
ta est tibi in velum. Dicitur autem
istud velum varium fuisse. quia pi-
ctum fuit de colore albo. rubeo. et
aureo. In christo enim vt dictū est
fuit caro. aīma. & diuinitas. Ex car-
ne igitur refulsit color albus prop-
ter suam puritatem. ex anima color

rubē⁹ propter suā passionē et chari-
tatē. ex deitate color aure⁹ prop̄t su-
am preciositatem. Canticoz. v. Di-
lectus meus cādidus propter car-
nis puritātē. rubicundus propter
anīme charitatem. electus ex mili-
bus propter diuinam maiestatem.

Septimo dicitur nauis ratiōe
mercium quibus onusta fuit q qui-
dem fuerunt eius virtutes et maxi-
me humilitas virginitas & secundi-
tas. Nam per mercem humilitatis
fuit deo grata. per mercem ygini-
tatis angelis. per mercem secundi-
tatis toti generi humano. Judith
xv. Tu gloria hierusalem. id est dei
q̄ est visio pacis nostre. & hoc prop-
ter tuam humilitatē. Tu leticia isra-
el id est angelorum qui semp deum
vident & hoc propter virginitatem
Tu honorificentia populi nostri. i.
generis humani. & hoc propter tu-
am fecunditatem.

Nobilis fuit bt̄a ygo Maria.

Nobilis fuit beata virgo Ma-
ria quadruplici nobilitate. sc; z
generis. moris. & virtutis. & imaginis
Nobilitas generis causatur ex car-
nis propagatiōe Ista bt̄a ygo ma-
ria hūit q; de regali stirpe descēdit
Unde cantat ecclesia Regali ex pro-
genie maria exorta refulget. Olim
quidem in veteri testamento erant
tres stirpes nobilissime. scilicet pa-
triarchalis. regalis. & prophetalis
ip̄a igr̄ descēdit ex stirpe p̄iar chali

id est de Abraham de stirpe regali
scz David z Salemonis. De stirpe
propheta. scz de Nathan propheta.
Secda est nobilitas moris q̄
causatur ex honestate morū z cōpo
sitione et hanc etiam ip̄a habuit De
qua sic dicit Ambrosius in libro de
v̄ginibus. Sit nobis tanq̄ imagi
ne depicta vita marie ex qua velut
ex speculo refulget sp̄s charitatis
et forma v̄tutis. hinc sumatis exem
pla viuendi vbi tāq̄ in exēplari ma
gisteria exp̄ssa p̄obitatis. quid cor
rigere. quid effugere. qd tenere de
beatis: ostendit. Tercia est nobi
litas virtutis que causatur ex virtu
tum possessione hanc etiā ip̄a habu
it Unde ip̄a dicit Ecclesiastici. xxiii
In me om̄is gratia vite z v̄tutis.
In me om̄is spes vite et v̄tutis. p̄
cipue tamen eius v̄tus omniū v̄tu
tum fuit virginitas cuz secunditate
et fecūditas cum virginitate. Unde
Bern̄. in sermone de assumptione.
Si laudauero in maria v̄ginitatē
multe mihi videntur offerri v̄gies
post eam. Si humilitatē predicauero
inuenientur forte non pauci qui
mites facti sunt z hūiles corde. Si
multitudinē eius misericordie volu
ero magnificare sunt etiā mulieres
et viri misericordie. Unū est autem
in quo nec primā similit̄ visa est: nec
habere sequentē gaudiū videlz ma
tris cum virginitatis honore. Pri
ma igitur scz nobilitas carnis quā
do p̄iūgitur cum hac duplici nobili
tate. scz moris et v̄tutis. tunc preci

pue est laudanda. si v̄o sepatur: tūc
est vitupanda. Nobilitas vero mo
ris et v̄tutis sine nobilitate carnis
tanto amplius laudatur quāto pro
pria z vincens naturā laudabiliter
operatur. Quarta est nobilitas
imaginis que causatur ex dine ima
ginis imp̄ssiōe s̄m quā om̄is natura
liter sunt nobiles. quia ad dei ima
ginē creati. Unde dicitur Act̄. xvij.
Ipius enī genus sumus. Istā no
bilitatē imaginis peccatores corrū
punt quando imaginē alienā super
inducūt. De quib⁹ ad Rhom̄. p̄mo
Mutauerunt gloriā id est imaginē
gl̄iosam incorruptibilis dei in ima
ginem corruptibilis hominis et vo
lucrum z quadrupedū et serpentū.
Imago corruptibilis hominis est
vana gloria que cito corrūp̄itur et
evanescit. imago volucrū est super
bia. imago quadrupedū est luxuria
que in corpe exercetur quod quat
tuor elementis componitur. imago
serpentū est auaricia. quia auari sp̄
terram comedunt et terrena concu
piscunt. Beata autem v̄go Maria
imaginē dei in se illibaram seruauit
nec alienā imaginē sup̄induxit. nec
vane glorie quia fuit mitissima. nec
superbie quia fuit humilissima. nec lu
xurie quia fuit castissima. nec auari
cie quia fuit pauperzima Propter
istam quadruplicē nobilitatē dī in
ps̄. Astitit regina a dextris tuis Ec
ce nobilitas generis. In vestitu de
aurato id est i corpe mox hōestate
p̄claro: ecce nobilitas moris. Circū

data varietate id est & tutum multi-
plicitate. Ecce nobilitas & tutus De-
inde subditur. et concupiscet rex de-
corē tuuz. in hoc notatur nobilitas
imaginis cui⁹ decorem deus pluri-
mū concupiscit.

De nouitate bte marie & ginis

Qua plura facta fuerūt in vir-
gine Maria. Primo enī pa-
ter fecit in ea quattuor noua & inso-
lita. Erant quidē quattuor impossi-
bilia. Unū q̄ & go concipet. Scdm
q̄ femia deū recipet. Terciū q̄ ma-
ter sine peccato generaret. Quartū
q̄ puerpa sine dolore pareret. Pr-
enī dedit virgini virtutem generati-
uam. vt & go de spūs sancto concipe-
ret. Hieremie. xxxj. Nouum faciet
dominus super terrā. femina circū
dabit virum. vere nouū. qd̄ enīz ca-
ro de carne vel spūs de spiritu nas-
catur non est nouū: sed consuetum.
quod natum est ex carne caro est. &
quod natum est de spiritu: spūs est
Sed q̄ caro nascatur ex spiritu sic
factum est in Maria nouū & inau-
ditū est. Scdo dedit femine po-
tentia receptiuā vt scz deū intra su-
um vterum recipere posset. Apoc.
xij. Mulier amicta sole. tūc enī fuit
amicta sole qn̄ fuit illustrata diuini-
tate. Tercio dedit matri grām.
vt sine peccato generaret. ideo dici-
tur Luce pmo. Qd̄ enī ex te nasce-
sanctū vocabitur. Quarto dedit
puerpe prerogatiuā: vt sine dolore

pareret. Job. v. De humo nō egre-
dicitur dolor. ista humus est illa ter-
ra. De qua dicitur Esaie. xlv. Apia-
tur terra & germinet saluatore. Se-
cundo fili⁹ fecit in ea tria noua. vnū
est q̄ de suo vtero carnē assumpsit.
Scdm est qz aiaz suā creauit Ter-
ciū est q̄ vtrūq̄ sue diuinitati vni-
uit. Caro quidē fuit noua. qz sine se-
mine generata. anima fuit noua: qz
de nouo creata & innocēti corpi in-
fusa. Cōiunctio fuit noua. qz creatu-
ra creatori fuit vnica. De duob⁹ pri-
mis dī Esaie. xliij. Ecce ego creo ce-
los nouos & terram nouā. Per ce-
lum nouū significatur aīma christi.
qz tota fuit celestis. Per terraz no-
uam significatur eius caro que fuit
de nostra terrena substātia De qua
dicitur Job. ix. Terra data ē in ma-
nus impij. id est pilati sine iudei De
tercio Damascen⁹ loquens de hac
cōiunctione deitatis scz cum huma-
nitate dī q̄ est oīm nouissimū nouo-
rum & q̄ respectu eius nihil nouuz
sub sole Tercio spūs sanctus tria
noua fecit. Primo nouū modū san-
ctificandi fec. qz consueuerat sancti-
ficare adultos: s̄z hic sanctificauit clau-
sam in vtero. qz cum ipsa & go esset
in vtero matris clausa fuit a spūs san-
cto sanctificata. Scdo habuit nouum
modum infundendi. qz olim infun-
debat se ad iustificandū. nūc autem
infundit se ad impregnandū. Luce
pmo. Spūs sanctus supueniet in te
qui scz te impregnabit & conceptuz
tuuz formabit. Tercio habuit in ea

nouū modū tribuendi. quā cōsue-
uit dare dona gratiarū suarū p̄ticia
riter. & gini autē dedit dona sua vni-
uersalit̄. iō ip̄a d̄t Ecc̄i. xxiii Inple-
nitudie sc̄tōz detētio mea. Hiero.
in s̄mone de assumptōe. bene pl̄a.
quia ceteris quidē p̄ partes p̄stat.
marie & o se simul infundit totā gr̄e
plenitudo. Quarto ip̄a & go ha-
buit quattuor noua s̄m Bern̄. quia
fuit & ginitatis p̄miceria. sine corru-
ptione secunda. sine grauedine gra-
uida. & sine dolore puerpa. Qui-
to angelus sibi tria noua annuncia-
uit. sc̄z dei incarnationē. humani ge-
neris redemptionē. & sue & ginitat̄
cōseruationē. Luce p̄mo. Ecce con-
cipies & paries in vtero filiū. ecce fi-
lij dei incarnatio. Et vocabis nomē
eius Iesum. i. saluatorē. ecce hūani
generis redemptionē. et infra. spi-
ritus sanctus superueniet in te. quasi
dicat. nō cōcipies humano semine.
sed mystico spiramine. ecce virgini-
tatis cōseruatio.

Quomodo beata virgo Maria
dicitur nubes

Nubes facit beatā & ginē Ma-
riā. Nubes enī tripliciter po-
test considerari. sc̄z quantū ad eius
generationē. qualitātē et virtutem.
Fit autē generatio nubis aliquādo
ex vaporibus marinis. aliquādo
ex vaporibus terrenis. aliquādo
ex vaporib⁹ corruptis. Et s̄m hoc
nubes d̄t btā & go Maria & hoies

terreni & immūdi. Maria enī dicit̄
nubes in q̄tū ex marinis vaporib⁹
generatur. Nubes enī habz gene-
rari ex vaporib⁹ marinis. q̄n ptes
vaporales maris & tute caloris sol̄
attrahant et in nubes cōdensant̄.
Et sic ex & tute illius caloris omnis
amaritudo marina in dulcedinē cō-
mutatur. Per istū modū maria nu-
bes d̄t. Nā in ip̄a fuerūt multi ma-
rini vapores id est multe amare tri-
bulationes. Unde & maria amarū
mare interpretatur q̄ t̄n tribulatiōes
& tute diuini amoris sibi in dulcedi-
nem vertebātur. vnus vapor mari-
nus fuit tribulatio quā ab herode
passa fuit qui ip̄am vsqz in egiptū fu-
gavit Sz tamē istud exiliū letanter
et patienter sustinuit. Alius vapor
marin⁹ fuit dolor quē habuit in fi-
lij passione & iste dolor t̄pabatur ex
eo q̄ p̄ filij mortē expectabat hūani
generis salutē. dolor etiā ptus & do-
lor mortis sunt quidā vapores ma-
rini. qui tamē in ipsa in dulcedinem
sunt p̄uersi. qz sine dolore pepit et si-
ne dolore de hoc mūdo trāsijt.
Sec̄do nubes signat homies terre-
nos. q̄n sc̄z ex vaporibus terrenis
generatur vapores terrestres qui
sunt affectōes terrenorū qui p se ad
celestia ascendere nō possunt. Et iō
brā & go Maria virtute sui caloris
id est amoris ab amore terrenorū
corda eoz eleuat & intra viscera sue
pietatis quodāmodo eaz in nubes
cōdensat. dū ip̄a ab amore terreno-
rum eleuat & ad amorē celestīū sur-

sum leuat. Tercio generatur nubes ex humoribus corruptis et tunc magna corruptio et pestilentia generatur. Iste nubes ex humoribus corruptis generate sunt homines imundi et peccatores. qui in se sunt putridi. *Jobel primo. Coputruerunt iumenta in stercore suo. et ideo alios inficiunt. i. Corinth. xv. Corrupti bonos mores colloquia prava. i. Cor. v. Modicum fermenti totam massam corrumpit.* Secundo nubes considerat quantum ad qualitatem. Est enim concava et a terra eleuata et est motu continuo agitata. Primo quidem est concava et ad modum spongie cauernosa et ideo impressionis celestium est de facili receptiua. Sic beata *Virgo Maria* fuit concava per humilitatem. et ideo valde idonea fuit ad recipiendum celestium gratiarum infusionem. Ipsa quidem vocatur luna. de qua luna dicitur *Ecclesiastici. xliij. Vias caelorum in firmamento caeli resplendens gloriose. Luna enim dicitur vas castrorum. quia non solum a sole sed etiam a stellis et planetis dicitur recipere immutationem aliquam.* Sic etiam beata *Virgo Maria* a sole id est a deo recipit omnium gratiarum infusionem et a stellis id est ab angelis et a sanctis recipit continue laudem et honores.

Secundo nubes est a terra eleuata. de terra quidem generatur. sed tamen in terra non moratur sed sursum eleuatur. Quanto autem fuerit nubes magis eleuata et celo magis vicina tanto videtur esse minor. quia

to autem terre est vicinior. tanto videtur esse maior. Sic beata *virgo Maria* fuit in mundo nata: sed tamen conuersabatur in celo. et quanto plus ad celum se eleuabat. tanto magis de se humilia sentiebat. Unde eleuata usque in matrem dei usque in reginam caeli usque in dominam mundi. tamen de se humilia sentiebat: dicens. *Respexit humilitatem ancille sue.* Homines autem mundani quanto plus vicinantur terre et elongatur a celo tanto de se maiora sentiunt et amplius intumescunt.

Tercio nubes est in motu continuo agitata que agitatio siue motio habet fieri a sue substantie leuitate ab aeris subtilitate et a ventorum impulsionem. Nos non sumus agiles sed pigri et desides ad bene operandum. quia habemus impedimentum a corpore quod habet corruptionem et ab anima quod habet terrenam affectionem. De his duobus dicitur *Sapientie nono. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam et deprimit terrena in habitaculo sensus multa cogitantem.* Habemus etiam impedimentum a spiritu nostro. qui quando non habet deum est sibi pondus grauissimum. Unde *Augustinus* in libro confessionum. *Nunc autem ea que imple subleuas et quonia tui plenus non sum oneri mihi sum.* Beata autem *virgo Maria* ad bene operandum fuit velocissima. quia habuit corpus leue ex eo quod fuit incorruptissima. habuit animam subtilem ex eo quod fuit tota purissima. habuit spiritum

deo plenū qui ipām ad omne bonū impellebat. ex eo q̄ spiritus sancto fuit plenissima. ideo vocatur nubes leuis. *Esaie. xix.* Ascendet domin⁹ super nubem leuē. *Ambrosi⁹.* super beatam immaculatam exponens supradictam auctoritatē dicit. Ascendet dominus super nubem leuem. hoc est in virginē Mariā. que nubes erat s̄m eue hereditatez. Leuis erat s̄m virgi nitatis integritatē Leuis erat que non homini querebat placere. s̄ do leuis erat que non iniquitate conceperat. sed spiritus sancto supueniente concipiebat. Tercio consideratur nubes. quantū ad effectum siue operationē et virtutē Nubes enī terrā fecundat. estum mitigat. arcū celestē generat Sic beata *Virgo Maria* ymbre gratiarū suarū totam ecclesiā irrigat et fecundat. Est enī fons paradisi qui vniuersam terrā irrigat et in quattuor capita diuidit Quia quibusdā dat virtutē prudentie: vt sibi prouideant a periculis futuris. Quibusdā virtutē continentie: vt sint abstinentes in prosperis. Secūdo nubes estum mitigat. Nam interponēdo se inter nos et soles ymbra generat et refrigerium p̄stat. Sic beata virgo *Maria* inter solem et nos se interponit dū dei iusticiā ad misericordiā flectit: et sic nobis refrigerium magnū facit. Sunt etiā multi qui paciuntur estus tribulationū et carnaliū concupiscentiarū. sed istos estus roze sue gratie refrigerat dū paciētiā tribuit et concupiscentiarū

carnalē extinguit *Ecclesiastici. xvlij.* Nōne ardozem refrigerabit ros? Tercio nubes arcum celestem in se parit qui quidem arcus habet colorem igneum viridem et nitidū. quia igitur beata virgo *Maria* erat concava. id est humilima. et rosida id ē gratia plena. ideo genuit in se arcū id est christum qui est signū federis inter nos et deum per quem promissit deus dare gratias et gloria. Qui quidem habet colorem igneum quo ad diuinitatem. ad *Hebre. xij.* Deus noster ignis consumēs est. Habet colorem viridem quo ad carnē que viroze puritatis semper refloruit: et etiam mortua fetere non potuit: sed semper viroze emicuit. *P̄s.* Refloruit caro mea. Habet colorem nitidum siue celestem quo ad aiām. quia semp in celestibus habitabat. *Johānis tercio.* Nemo ascendet in celum: nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo.

Quomodo beata virgo *Maria* fuit odorifera.

Odorifera tota fuit beata *Virgo Maria*. quia ipsa fuit vas plenū balsamo diuine sapientie. *Ecclesiastici. xxiiij.* Quasi balsamū non mixtum odor meus. Ipsa fuit hortus plenus lilio mundicie. *Lant. ij.* Sicut liliū inter spinas: sic amica mea inter filias. Ipa fuit alabastrū plenū yngento deuotionis et gratie *Lant. iiij.* Odor yngentorū tuorū

super omnia aromata. Ipsa fuit apotheca plena aromatibus virtutū
Lant. v. Bene tue sicut aureole aromatum. Bernardus. Si vasa pigmentaria diu seruant aromatum fragrantia quātomagis apotheca omnium gratiarū. in qua celestis pigmentarius cum omnibus suis vngētis se collocavit cum omnibus delicijs accubuit. Ipsa fuit cellariū plenū vino celestiu doctrinaz. Lant. ij. Introduxit me rex in cellam vinariam Lant. vij. Buttur tuū sicut vinū optimū. Notandū autē q̄ odor multipliciter causari cōsuevit. Primo ex concrematiōe sicut thus concrematum in igne reddit odorem. Eccii. l. Quasi thus redolēs in diebus estatis et quasi thus ardens in igne. Aliquādo causatur ex contritione sicut aromata integra parū redolent. s̄ contrita et in puluerē redacta magnum odorem faciunt. Aliquando ex revelatione siue manifestatiōe sicut balsamū in vase clausum odorem nō reddit. sed vase fracto vel apto odorem diffundit. Unde dicitur de magdalena. Iohis. xij. q̄ postq̄ alabastrum vngenti fregit domus impleta est ex odore vngenti Aliquando ex diversorum florum et herbarum redolentiū aggregatiōe. sic pratū plenum diversis florib⁹ et herbis redolentibus magnū facit odorem. Gen. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Maxime autē tunc flores et herbe consueverunt redolere quando a vento australi fuerunt p

flate. Cantico. quarto. Surge a quo et veni auster perfla hortum meū et fluent aromata illius Istis quatuor modis in beata virgine Maria odor causabatur. Primo ex cōcrematione. Ipsa enī triplici igne fuit totaliter concremata. scilz igne doloris dum filij sui acerbam passionem cogitabat Igne desiderij dū ad filium suū pergere estuabat et ea q̄ dixerat et fecerat in mente voluebat. Igne amoris quia tota erat ignita et in amorem conuersa. De isto triplici igne dicit Hieronym⁹ in sermone de assumptione. Quantisputas eadem virgo filij doloribus afficiebatur quo amore cruciabatur quo desiderio estuabat duz animo reuoluerat cuncta que viderat et audierat. puto q̄ quicquid hūane virtutis est cogitare non sufficiat. Nā et si diligebat ex toto corde christū. novis tamen inflammabatur quotidie presentia absens affectib⁹ desideriorum quā nimirum totam spiritus sancti repleuerat gratia. totam diuinus amor incanduerat. ita q̄ in ea nihil esset quod mundanus violaret affectus: sed ardor continuus atq̄ perfusi amoris ebrietas. Ex tāta igitur ignis concrematione magnum de corde suo holocaustum faciebat quod deo magnum odorem reddebat. Unde in huius figurā dicitur Genesis octavo. q̄ Noe obtulit super altare holocaustum domino. odoratusq̄ est dominus odorem suauitatis. Dicitur autem holo

caustum sacrificium quod totus est incensum. Cor autem beate Marie virginis deo fuit odoriferum et holocaustum quia totum fuit incensum igne doloris. igne desiderij celestis et igne amoris. Secundo causabatur odor in ea ex contritione siue puluerisatione. Unde dicit sponsus quasi admirando Canticoꝝ tercio Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe et thuris et vniuersi pulueris pigmentarij. Per aromata intelliguntur dei beneficia que ipsa pistillo deuotionis in corde suo terebat dum ea mente sedula cogitabat. Per myrrham significantur amaritudines passionis filij sui quas ipsa pistillo doloris in corde suo terebat dum ea in mente reuoluebat et amara suspiria emittebat. Per th^o significantur eius inflamata et odorifera desideria que ipsa pistillo amoris terebat. dum ea in corde suo nouis desiderijs renouabat. Per vniuersos pulueres pigmentarij intelliguntur ei⁹ virtutes quas ipsa pistillo laboris terebat dum virtutes suas per opera continua exercitabat. Illi ei habent virtutes integras qui habent eas ociosas: nec per aliqua opera exercitata. Dicit ergo. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe et thuris et vniuersi pulueris pigmentarij. Virgula fumi procedens ex aromatibus est passionum filij sui amara recordatio. Virgula fumi procedens

ex thure. est desideriorum celestium continua renouatio. Virgula fumi procedens ex vniuersis pulueribus pigmentarij est virtutum suarum assidua exercitatio. Magnam ergo odorem deo faciebat que sic terebat dei beneficia per meditationem. sic terebat filij sui supplicia per dolorem. sic terebat desideria per renouationem. et sic terebat virtutes per exercitationem.

Terzio causabatur in ea odor ex reuelatione siue manifestatione. Odor enim suus non fuit clausus sed apertus et manifestus intantum quod ascendit in celum quod impenetrauit infernum. et quod diffusus est per totum mundum. Nam odor sue humilitatis et virginis in celum ascendit et deum et angelos letificauit. ideo assimilatur nardo. Cant. primo. Cum esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suum. Nardus est herba parua et odorifera. in quantum est parua significat eius humilitatem. in quantum est odorifera fecit eius virginitatem et odor sue sanctitatis infernum penetrauit et sanctos patres recreauit. et demones conturbauit. Ipsa assimilatur odori vinee Cant. ij. Vinee florentes odorem dederunt. Odor enim vinee homines recreat: sed serpentes conturbat. Sic odor sue sanctitatis sanctos patres qui erant in limbo recreauit et confortauit. demones autem expulit et conturbauit. Odor enim sue fecunditatis totum mundum repleuit et omnes mirabiles sunt allecti. Ideo assimilatur odori

ungentorum. Intantū enī omnes homines odore sue fecunditatis sunt repleti et affecti q̄ omnes trahi desiderant et ipsam currere affectant. **Canticoz̄n p̄mo.** Trabe me post te curremus in odore ungetoz̄n tuoz̄

Quarto causabatur odor i ea ex diuersoz̄um floz̄um ⁊ herbarum. id est virtutum congregatione. Nam in ea fuit liliū mundicie. rosa patientie viola humilitatis profunde virtus sp̄antie. et ceteri floz̄es virtutuz̄ et gratie. Iste autem virtutes in ea fuerūt valde odorifere. quia austro spiritus sancti fuerunt perflate. **Auster** est ventus calidus. humidus ⁊ fecundatiuus. Auster ergo spiritus sancti eam inflammavit per amorē. eam humectavit per devotionem. ⁊ eam fecundavit per bonoz̄um operum multiplicationē.

Quomodo beata virgo Maria comparatur oliue.

Lina significat beatā virginē Mariā. Oliua enī cōsiderari pōt quantū ad arborē. fructū. et liquoz̄ē. Quantū ad arborē h̄o ipsa oliua est viriditatis p̄tinue. Est signū recōsiliatiōis facte. Est signū victorie assecute. Et est fecunda in sobole. Et quātū ad ista quatuoz̄ ostē dicitur de beata h̄gine qualis fuerit quantū ad seip̄az̄. qualis quātū ad deū. qualis quantū ad demones. et qualis quātū ad hoies. **Primo** er

go oliua est viriditatis p̄tinue. qz̄ viret in estate. i hieme. in vere. ⁊ in autumno. Et quātū ad hoc ostēdit de beatā h̄gine Maria qualis fuerit quātū ad seip̄az̄. Ipa enī viroz̄ē sue sanctitatis nūq̄ amisit. nec in estate cōsolatiōis. nec in hieme tribulatiōis. **Un̄** poterat dicere illud **Job. xxvij** Donec deficiā non recedā ab innocentia mea **Justificationē** meā quā cepi tenere nō deserā. Tenuit etiaz̄ viroz̄ē sue sanctitatis in vere iuuetutis et in autumno senectutis. qz̄ eundē feruoz̄ē quē habuit in iuuetute h̄uavit in senectute. **Unde** potest sibi cōuenire illud **Deuterono. xxxij.** Sicut dies iuuetutis tue ita ⁊ senect̄ tua. **Sec̄do** oliua est signū reconciliatiōis facte. **Un̄** d̄ in historijs rhomanoz̄. qz̄ quando legati rhomanoz̄z̄ mittebantur pro pace offerenda ramos oliuaruz̄ portabāt et quantū ad hoc ostenditur qualis fuit quantū ad deū. quia ip̄m nobis reconciliauit. **Unde** in signū huius reconciliatiōis sancte: sc̄i angeli cantauerunt gl̄ia in excelsis **do 2̄c** **Hec** est illa sapientissima mulier q̄ reconciliauit David filio suo. vt habetur. **ij. Regum decimo quarto.** qz̄ deum reconciliauit generi humano **Hec** est illa columba innocentissima que portauit ad archam ramuz̄ oliue virentibus folijs in ore suo q̄ indicauit deum homini esse reconciliatū **Tercio** oliua ē signū victorie assecute. **Nā** sicut d̄ **Plinius.** **Olim** apud athenas victoz̄es ramus

oluarum consueuerant coronari z
quātū ad hoc significat qualiter ip-
sa se habuit ad demones: quia ipos
superauit z vicit. Ipsa quidem con-
triuu caput sue suggestionis Bene-
sis tercio. Ipsa conteret caput tuū.
Ipsa confudit astuciam sue decep-
tōis. Judith. xliij. Una mulier he-
brea fecit confusionē in domo Na-
buchodonosor. Ipsa deiecit eū a do-
minio potestatis. Eiusdem. ix. Erit
eniz memoriale nominis tui cū ma-
nus femine deiecerit eū. Tercio
oliua est fecunda infobole. qz mul-
tas nouellas plantationes generat
et quantū ad hoc ostēditur qualis
sit quantū ad nos. Ipsa enim tanq̄
mater fecunda multos generat in fi-
de z gratia. Ds. Ego autē sicut oli-
ua fructifera in domo domini. Itē
filij tui sicut nouelle oluarum: in cir-
cuito mense tue. Ipsa ei filios quos
generat postea secū in mensa cibat.
Ecclesiastici. xv. Libauit pane vite
et intellectus. Ipsa quidez cibat in-
tellectum dei cognitione. affectum
dei amore qui amor est vita anime.

Secūdo oliua consideratur q̄
tū ad fructū. s; ar. Isid. fructus oliue
p̄mo rubescit. postea virescit. deni-
de nigrescit. Sic beata virgo Ma-
ria fuit rubea per charitatem. viri-
dis per v̄ginitatem z nigra per hu-
militatem. Anticorum p̄mo. Ni-
gra sum. Ecce nigredo humilitatis
sed formosa. ecce viredo virginita-
tis. sicut pellis salemonis. ecce rube-
do charitatis. Ul' potest dici q̄ fru-

ctus istius oliue fuit christus qui fu-
it viridis in tota sua conuersatione.
Luce. xxij. Si in viridi ligno hoc
faciunt in arido quid fiet. fuit rube-
us in passiōe. Esaie. lxij. Quare ru-
brum est indumentum tuum: z ve-
stimenta tua sicut calcantium in tor-
culari. fuit niger i morte. Apocalip-
sis sexto. Sol factus est niger tanq̄
saccus cilicinus Tercio oliua cō-
sideratur quantum ad liquorem de
quo liquore dicit. Isidorus. Sur-
git oleuz ex amaritudine radice in
pabulum luminis. in refectionē esu-
rientis in medicinā vulneris. Sic
et ipsa ad instar olei tenebrosos illu-
minat lumine sue gratie. Ecclesiasti-
ci. xxij. Penetrabo omēs inferio-
res partes terre: z inspiciam omēs
dormientes: z illuminabo omēs spe-
rantes in domo Ipsa vulneratos
sanat medicina misericordie sue. Ec-
clesiastici. xliij. Medicina omnium
in festinatione nebule. id est in festi-
na miseratione marie. Ipsa fameli-
cos faciat dulcediue coniolationis
sue. Prouer. vii. De nocte surrexit
et dedit p̄dam domesticis suis. z ci-
baria ancillis suis. Ecc. xxij. Qui
edūt me adhuc esurient. z qui bibūt
me. adhuc sitient.

Quo b̄ta v̄go maria est oliua

Liuu fecat misericordiam marie. de
qua oliua ipsa dicit Eccl. xxij.
Quasi oliua sp̄iosa in capis. Ex qui-
bus verbis h̄etur q̄ ipsa habz miam
excellētē. v̄gruētē z parētē. Primo

quidē habet misericordiam excellentem
quod notatur per hoc quod vocatur oliua
Sicut enī oleū enatat super omni-
bus liquorib⁹. sic eius misericordia
eminet omnibus aliorū sanctorū mise-
rationibus. Ecclesiastici. xviii. Mi-
sericordia hominis. i. cuiuslibet alteri-
us circa proximū suū. misericordia autē
domini ⁊ dñe sup omnē carnē. Se-
cundo habet misericordiam cōgruentē ⁊
quā tunc maxie misericordiam exhibet quā
maior necessitas imminet quod notat
per hoc cū dicitur speciosa. Quia si-
cut dicit Ecclesiastici. xxv. Speciosa
misericordia in tpe tribulationis. Tercō
habet misericordiam cōmunē et patentē
quod notatur per hoc quod dicit in campis
Ad oliuas enī hortorū nō patet om-
nib⁹ ingressus. Ad oliuas s̄o cam-
porū omnibus patet accessus. Qui-
dam enī sancti sunt sicut oliue horto-
rum. quia tenēt suas misericordias clau-
sas eo quod digni nō sum⁹ eas recipe.
Ista autē habet misericordias omnib⁹ cō-
munes ⁊ aptas. ideo ipsa om̄s inui-
tat ad suas misericordias: dicens. Trā-
site ad me om̄s qui cōcupiscitis me:
et a generationibus meis adimple-
mini Vel potest dici quod per hoc quod dicit
quasi oliua speciosa in campis. nota-
tur quod ipsa habet misericordiam natura-
lem. totalem. ⁊ vniuersalē. Dabit
quidem misericordiam naturalem quod
notatur per hoc quod dicit. quasi oliua. so-
lus deus est ipse oliua. quia ipse ē ipsa
sua misericordia. quia sibi propriū ⁊ natu-
rale est misereri et p̄cere. Beata vir-
go Maria ē quasi oliua. quia int̄m

est misereri assuetā quod ad misericor-
dias ita prompta est quod quodāmo-
do est deo similima. Secundo ha-
bet misericordiam totalem. quod no-
tatur per hoc quod dicitur speciosa. il-
la oliua ē speciosa que in tota sui pte
est pulchra. scz in ramis. in folijs ⁊
in fructu. Sunt enī qui habent mi-
sericordiam in ramis. id est in cor-
de per affectum compassionis. sunt
qui habent in folijs. id est in verbis
per affectum consolationis. Sunt
qui habent in fructu. id est in opere
per effectum exhibitionis. Virgo
Maria est oliua speciosa. quia habet
misericordiam in corde exhibēdo nobis
sue miseracionis auxiliū. Tercio ha-
bet misericordiam vniuersalem quod
notatur per hoc quod dicitur in cam-
pis. Sunt quidam sancti qui vidē-
tur habere misericordiam specialem.
quia aliquibus subueniūt ⁊ aliqui-
bus non Quidam particularē. quia
super aliquibus infirmitatibus vi-
dentur accepisse a deo potestatem cu-
randi. sicut beatus Anthonius sup
adustionem cuiusdam ignis. ⁊ leon-
ardus sup inclusos in custodia car-
ceris. Quidam localem. quia maio-
ra beneficia prestant in aliquibus
locis sic in loco sue sepulture et vbi
sue reliquie conseruantur. Quidam
temporalem. quia aliquibus tem-
poribus magis subueniunt. sicut pa-
tet in martyribus ⁊ in alijs sanctis
qui tempore sue passionis et tempo-
re sue canonizationis quā scz efficiū-
tur xp̄i noui milites sunt se inuocati.

b⁹ magis liberales. Misericordia autem beate Marie virginis est sic oliua in campis: qz omibus est vniuersalis atqz cōmunis. scz omibus personis super omibus moribus. in omibus locis z in cūctis opibus

Beata &go Maria optimā partem elegit.

Primā partē elegit beata virgo Maria que nō auferet̄ ab ea. Istū &bū nō uenit alicui sc̄to nec alicui angelo. nec etiam ipsi dō. sed tantū beate Marie virgini Luz enī optimū dicatur cui non est possibilis additio. cū non sit aliquis sanctus nec angelus ad cuius perfectionem non possit aliquid addi: ideo nulli sancto nec angelo istud verbū poterit conuenire. Et cum deus nō habet partem: sed totū. ideo nec cōuenit ipsi deo. Sola autē beata virgo Maria optimaz partem habet. quia ad eius perfectionem aliquid addi non posset. et ideo ipsa est media inter creatorem qui totum tenz et omnē aliam creaturam que partem bonam vel meliorē possidet. Et dicit elegit cum triplex sit electio. scz boni malo r̄probato que est incipientium. Sc̄da melioris inter bona que est proficientiū. Tercia optimi inter meliora q̄ est pfectoz. Manifestum est vt cum ipa esset perfectissima non tantū simpliciter bona. nō tantū de bonis meliora: sed etiā de melioribus optima eligebat. Istā

autem partē optimā elegit in mundo z in celo Pars optiā quā elegit in mūdo fuit triplex. Primo elegit partē optimā de castitate Castitas autem habet tres partes. Una est castitas coniugalis. Hebre. xiiij. Notabile coniugiū z thorus immaculatus: et ista est pars bona. quia habet fructum tricesimū. Secūda est castitas vidualis. z hec est melior. quia habet fructum sexagesimū Tercia est castitas &ginalis. z hec est optima. quia habz fructum centesimū. et istam partem optimā elegit sibi Maria. Et quoniā multe fuerunt virgines que post eam partē optimā elegerunt. Ideo ipsa elegit partem superoptimā. scilicet virginitatem cum fecunditate: siue fecunditatem cum virginitate. Bernard. in sermone de Assumptione. Optimam partem elegit sibi Maria. qz bona quidem est fecunditas coniugalis. melior atē ē castitas &ginalis Optima vero fecunditas virginea seu virginitas fecunda Et istud priuilegium solūmodo est marie quod alteri non fuit datum vt vero ostenderetur q̄ sit persona cōmunis. voluit esse coniugata cum coniugatis. vidua cum viduis. virgo cum virginibus. Secundo elegit partem optimaz de humilitate. Humilitas enim tres habz partes. Prima est subijci superiori suo. ad Hebre. xiiij Obedite prepositis vestris z subiacete eis. et ista est pars bona. Secundo est deferre etiam suo equali.

Rhōman. xij. Honorē inuicē p̄uenientes et ista est pars melior. Tercia est subijci etiā suo inferiori. Lu. xxij. Qui maior est vestrū sit sic minor et ista est pars optima quā elegit Maria. quia non tm̄ erat obediens suo sup̄iori. i. deo dicens. Luce p̄mo. Ecce ancilla domini Non tm̄ suo equali. i. Joseph sp̄so suo quē sibi p̄ponebat dicens Luce. ij. Ecce pater tuus et ego et c. Sed etiā suo inferiori. scz Elizabeth apud quam tribus mensibus mansit et sibi deuote deseruuit. Ipa enī de deo sentiebat digna. de se pua. de proxio magna. sed multi p̄trariū faciunt. p̄tra quos dī Leuit. xxj. Nō accedet ad misterīū dei si fuerit grandi v̄l paruo vel torto naso. Illi habēt grandem nasum qui de se sentiūt magna sicut sunt vana religiosi illi puū qui de alijs sentiūt modica sicut sunt p̄sumptuosi. illi habent tortuz qui de deo sentiunt indigna sicut sunt heretici. qui in scripturis tortas expositiones faciunt. et ideo de deo erronea dicunt. Tercio elegit p̄tē optimā de vite perfectione. Est enī vita actiua et ista est pars bona. Alia est contēplatiua. et ista est ps melior. Tercia est ex vtraqz parte composita. et ista est ps optima. et istam elegit Maria. iō significata fuit per Marthaz que fuit actiua. et p̄ magdalenā que fuit cōtēplatiua. sicut legitur Luce. x. Qualiter autez ip̄a fuit actiua et contēplatiua: ostendit Hieronym⁹ in quadā epistola

ad Cromaciū et Eliodorū Dicit enī q̄ btā v̄go maria de mane vsqz ad terciā orationi vacabat. A terciā vsqz ad nonā circa aliqua bōa archana. i. circa aliqua opa honesta dedita erat Post nonā et v̄o angelo sibi deferēte breuē refectiōē sumebat. Reliquū v̄o t̄pus qd̄ restabat circa quattuor expēdebat. aut qz legebat. aut orabat. aut laborabat. aut loca sancta visitabat. scz passiōis sepulchri ascensionis et cetera loca filij sui in quibus aliqua miracula fuerat opatus. Sc̄do elegit p̄tē optimā in celo. et ista est triplex. P̄mo consideratur quantū ad subiectum qd̄ glorificatū est quia scz tota i corpore et anima glorificata Gloria at̄ sc̄toz tres hz p̄tes. Una est qua d̄s glificat ip̄oz corpa in terris. Eccli. xliij. Corpa eoz i pace sepulta sūt. et nomē eoz viuet in generatiōes et generatiōes. et ista ē ps bona. Alia ē qua glificat eoz aias in celis. De qua dī Apoca. vi. Date sunt eis singule stole albe id est dotes aime. et ista est pars melior Tercia est qua glorificat vtrūqz in celo. scilicet corpus et animā quod erit in beata resurrectione. et istam p̄tem optimam maria elegit. quia in corpore et anima glorificationē accepit. Petrus et Paulus habent partem bonam quia eozuz corpa honorantur in terra. habent p̄tē meliorē. quia eoz anime glorificantur in celis. sed nō habent partem optimā. quia corpa eoz adhuc iacent in sepulchris.

Alij sancti volant in celū cū vna ala
id est gl'ia aīme. Ista autem est illa
mulier amicta sole que volauit in de-
sertū id est in celū a malignis spiriti-
bus derelictū cum duabus alis. id
est cū gl'ozificatione corpis et aīme
Quia dī Apocal. xij. Alij sancti ve-
stiuntur tantū vna stola aīme Nec
est autē illa mulier. de qua dī Pro-
uer. vi. Byssus et purpura indumē-
tum eius Per byssum que ē vestis
candida intelligit gl'ozificatio aīme
Per purpurā que est vestis regal'
intelligit gl'ozificatio corporis: qđ
de regali stirpe descendit Scđo
consideratur quantū ad modū quo
assumpta est. Quedā enī aīme assu-
muntur in celum per vnū angelum
Exod. xxij. Ecce ego mitto angelū
meum qui te custodiat in via et indu-
cat in terram quaz promisi patrib'
tuis. et ista est pars bona. Alie sunt
que assumūtur a pluribus scz ange-
lis. Luce. xvj. Factum est autem vt
moreretur mendicus: et portaretur
ab angelis in sinu Abrae. et ista est
pars melior. Sed si omīs angeli et
sancti et ipse christus alicui aīme ob-
uiarēt: et ipaz in celū deducerēt. ista
esset ps optima. et istam ptem opti-
mā brā vgo maria habuit et elegit.
Bernard. in s̄mone de assumptiōe
Quis enī illđ cogitare sufficiat quā
gl'iosa hodie regina mūdi processerit
cum quāto deuotiōis affectu to-
ta in eius occursum celestiu agminū
prodierit multitudo. Quis explica-
re queat quibus cāticis ad thronū

gl'ozie sit deducta quaz serena facie
quā letis amplexibus a filio sit susce-
pta et sup omnē creaturaz exaltata

Tercio quātū ad locū ad quē as-
sumpta est. Quedā enī anime assu-
munt ad ordies infime hierarchie
et ista est ps bona. Et alie ad ordi-
nes medie hierarchie. et ista est ps
melior. Alie ad ordines supme hie-
rarchie. et hec est pars optima Brā
vgo Maria super omīs ordies an-
gelorum est exaltata. sicut cantat ec-
clesia Exaltata es sancta di genitrix
sup choros angeloz ad celestia re-
gna et sup omnē altitudinē sanctorū
elevatora. Benes. viij. Requieuit ar-
cha id est vgo Maria. sup montes
armenie. i. super sanctos celestis cu-
rie. et iterum ad dexteram filij collo-
cata. iij. Regum. ij. Surrexit Sa-
lomon. id est christus pacificus in
occursum matris. positusqz est thro-
nus matris que sedit a dextris eius

Quarto considerat quātū ad of-
ficiū quod sibi cōmissum est. quia
deus sibi cōmisit officium miseredi.
In impensione autē mūdie sancti
sequūtur suam conscientiā et ista est
pars bona. Deus sequitur suā iusti-
ciā. et ista est pars melior. qz homo
posset in conscientia errare. Beata
autem vgo Maria semper se tenet
ad suam misericordiaz. et ista est ps
optima. Vel potest dici qz ipa acce-
pit a deo quadruplex officium. scilicet
super iustos. super peccatores.
super moientes. et super mortuos.
ideo dī de ea Maria mater gratie.

mater misericordie tu nos ab hoste protege in hora mortis suscipe. Accepit quidē a deo officiū sup iustos et bonos vt eos in gratia dei custodiat. ideo dicitur Maria mī gratie et ista est ps bona. Accepit sup peccatores: vt eos ad misericordiam recipiat et cōuertat. ideo dicitur mater misericordie. et ista est ps melior. Accepit sup morientes: vt eos ab insidijs diaboli custodiat et protegat. ideo dicitur. tu nos ab hoste protege. et ista est ps optima Accepit sup mortuos: vt eorum aīmas suscipiat et in celū deducat. et ideo dicitur. in hora mortis suscipe. et ista est ps superoptima

Quomodo beata virgo Maria dicitur hortus deliciarū.

Hortus deliciarū est Virgo maria. quē quidē hortū deus manu sua plantauit. Vñ in figura dicitur Nester pmo. Fuit scz de conuiuīū pparari in vestibulo horti et nemoris. i. in vtero virginis. qd regio cultu et manu consitū erat. Tūc enī deus cōuiuīū ibi pparauit: qñ naturā humanāz sue diuinitati vnīuit De ista plantatiōe dicit Eccli. xliij. Plantauit illum dñs. Scdo plantauit illum diuersis arboribus. i. diuersis virtutibus conuenit. Vñ in huius significationē dī Ecclesiastes. ij Feci hortos et pomeria et cōseui ea cunctis generibus arborum. Et dicit hortos in pli. quia deus cōseuit

hortum suū corporis virginitate et hortum sue mentis humilitate. Tercio ipm consitū diuersis riuis graz irrigauit et quodāmodo inebriauit Eccli. xxiiij. Rigabo hortū plantationū mearum: et inebriabo partus mei fructū. Quarto ipm irrigatum totuz amenissimū fecit Eccli. xxvij. Terra illa inculta. i. Maria que fuit integra et illibata facta est vt hortus voluptatis. et in istū hortum sic deliciosum deus descendit et ibi cōmedit. quia carue et sanguine virginis se ibi pavit et lilia collegit. quia ī eius puritate multū delectatus fuit Cantico. vj. Dilectus meus descendit in hortū meum ad areolam aromatum vt pascatur in hortis et lilia colligat. Iste autē hortus fuit clausus. hortus irriguus. hortus amenus. et hortus fructiferus. Primo nanqz fuit hortus clausus. Cantico ruz quarto. Hortus conclusus est soror mea sponsa. hortus cōclusus fons signatus. Ipa enī habnit cor clausum. quia nunqz illuc subintrauit aliqua demonis suggestio. Secundo fuit hortos conclusus. qz nūqz in ei⁹ cor subintrauit aliquis prauus consensus. Deus enī ipam signauit et clausit. quia ipse solus clauē portabat: cuius thesaurus intus latebat. Tercio fuit hortus irriguus. Juxta illd Cantico. iij. Fons hortorum puteus aquaz viuentiū que fluūt impetu de libano. Aque enim gratiarū istius horti bonos fecundant. et ideo dī fons hortoz. Boni

enī sunt hortus dei qui sensus suos
clauerunt ꝓtra delectabilia mundi
Iste etiā aque peccatores mortu-
os viuificant. idē dī. puteus aquarū
viventū. Mali enī qui sunt profun-
dati in pctis: sunt pute⁹ diaboli. Sed
aque gratiarū btē Marie virginis
sunt viuentes. qz in pctis mortuos
viuificat. Iste aque etiā btōs in ce-
lo letificant. Iō dī. que fluūt impe-
tu de libano. Ps. Flumis impet⁹
letificat ciuitatē dei. Tercio iste hor-
tus fuit amenus. Un. Post qz spon-
sus sponsam commendans: dixerat
Mort⁹ ꝓclusus es soror mea. Chri-
st⁹ statū ist⁹ horti describēs: subdit
Emissiones tue paradus malorū pu-
nicoꝝ cuz pomoz fructib⁹ cypꝛus
cū nardo Nardus ꝛ crocus fistula
et cynamomū cuz vniuersis lignis
libani. myrrha et aloes cū oib⁹ ꝓ-
mis vngentis. Ecce qz amen⁹ ꝛ deli-
ciosus est iste hortus. qz emissioes
sue id ē sue vtutes quas emittebat
sunt quasi paradus id est deliciose
et amene. Deinde ostēdit suā ameni-
tatē. qz ibi fuerūt mala punica cum
pomozū fructibus id est virtutū or-
dinabilitas ꝛ deuotiōis mira suavi-
tas. Nam mala punica habent gra-
na ordinata ꝛ poma sunt dulcia. Ad
ista poma sponsa inuitat spōsum: di-
cens. Veniat dilectus meus in hor-
tū meū vt comedat fructū pomozū
suoꝝ. ibi fuit cypꝛus cū nardo. i. fa-
ma odorifera ꝛ humilitas profun-
da. qz cypꝛus est herba humilima
ibi fuit nardus ꝛ crocus. id est fer-

uens: charitas ꝛ celestis ꝓtemplati-
onis sublimitas. qz nardus est cali-
da et crocus habet colorē aureum.
Ibi fuerūt fistula ꝛ cynamomū cū
vniuersis lignis libani. qz in ea fue-
runt puritas ꝓsciētie. odor bone fa-
me et incorruptibilitas in carne. fi-
stula enī habet suā virtutē in medul-
la. Cynamomū habet odorē suū in
cortice. Lignū libani est in pulchri-
tudine imputribile. Ibi fuerūt mir-
rha ꝛ aloes cū oībus ꝓimis vng-
gētis. qz in ea fuit amaritudo tribu-
lationis ꝓo filij passione. fuit ama-
ritudo ꝓo miseroꝝ afflictione. ꝛ fu-
it suauitas deuotiōis in mente. Na
myrrha est amara. vngēta ꝛo sunt
suauia Quarto iste hort⁹ fuit fru-
ctiferus. tūc autē hortus fructificat.
quādo bene irrigatur. quādo ven-
tus frigidus et siccus ab eo remoue-
tur. ꝛ quando vento humido ꝛ cali-
do bñ ꝓflaf. Sic iste hort⁹ fuit fru-
ctiferus Primo qz fuit bñ irriga-
tus. modo lachrymis doloris ꝓo
filij passione. modo lachrymis com-
passionis ꝓo miseroꝝ afflictione.
mō lachrymis deuotionis ꝓo desi-
derio patrie celestis. modo lachry-
mis lamentationis ꝓo incolatu ꝓ-
sentis miserie. ideo sibi potest cōue-
nire qd dicit Esaiē. lviij. Eris quasi
hortus irriguus et quasi fons cui⁹
non deficiūt aque. Secdo vētus
aquilōis ab illo horto fuit exclusus
et fuit ab austro spūssancti ꝓflatus.
Lant. iij. Surge aquilo alia lra fu-
ge aquilo et veni auster: ꝓfla hoz-

tum meū et fluent aromata illius. p
a quilonē intelligitur suggestio dia
boli. Aquilo enī est ventus siccus et
frigidus et pluuie dissipatiuus. Dia
bolus enī infrigidat a di amore. Ec
clesiastici. xxiii. Frigidus vent⁹ aq
lo flauit. desiccatur et euacuat ab omī
deuotioē. Job. xxyj. Qui expādit
a quilonē sup vacuū: et dissipat plu
uiam. sed iste ventus ab horto vgi
nali penitus fuit fugatus. Nō enī
potuit aliqd frig⁹ ibi immittere. qz
ipsa fuit feruentissima nec in aliquo
desiccata. qz semp fuit deuotissima.
nec aliquā gutta et celestis pluuie ab
eā poterat expellere. qz omī gratia
semp fuit plenissima. Per austrum
intelligit afflatio spiritus sancti. Au
ster enī est ventus calidus et humi
dus et fecundans. qui quidē hortū
vginale pflauit. quia fecit ipam cali
dam p charitatē. humidā per pīta
tem. et fecundā per operū vbertatē
et sic fluxerunt aromata odorifera.
qui odor adinstar balsami quodā
modo deum recreauit. adinstar cy
namomū totū mundus recreauit et
confortauit. quia cynamomum sto
machum confortat: et adinstar myr
rhe demones effugauit. quia odor
myrrhe vermes expellit. Propter
ista tria dicitur Ecclesiastici. xxiii.
Sicut cynamomū et balsamū aro
matizans odorem dedi: quasi myr
rrha electa dedi suauitatē odoris. de
isto horto sic pflato austro dicit
Bernardus in sermone de natiuita
te eiusdem. Hortus plane deliciaz

est beata virgo Maria. quē non so
lum afflauit veniens: sed etiam pfla
uit superueniēs. Auster ille diuin⁹
vt vndiqz fluant aromata illius In
isto etiā horto fuit viola humilitatē.
lilium virginitatis. rosa castitatis. et
vinea florida fecunditatis. Ista igitur
austro spiritus sancto pflata mag
nū fecerat odores Nam humilitas
odorem fecit deo. virginitas odorem
fecit angelo. charitas odorem fecit
diabolo. qui odor ipm percussit Ju
dith. ix. Percutiā eum labijs chari
tatis mee. fecunditas istius vinee
odorem fecit mundo Juxta illd Ec
clesiastici. xxiii. Ego quasi vitis fru
ctificavi suauitatem odoris.

Quomodo beata virgo Maria
assimilatur oui.

Ovis dei est beata virgo maria
que dicitur ovis propter fetū
propter pascu. propter simplicita
tem veram. propter obedientiā spō
taneā. propter cognitionē mutuā.

Primo igitur dicitur ovis prop
ter fetū. Oves enī multū sunt secun
de. sic et ipa fuit secunda. quia vnus
fructum protulit qui totum mundū
sacrauit. De qua ipa dicit Eccli. xxiii.
Ego quasi vitis fructificavi suauita
tem odoris et flores mei fructus ho
noris et honestatis Ubi notatur qd
ille fructus est suauissimus in saporē.
ideo dicit. fructificavi suauitatez
Est amenissimus in odore. ideo sub
dit. odoris. Est honorific⁹ et hone

stiffimus in specie siue decore. ideo
subdit. et flores mei fructus honoris
et honestatis. Et dicitur flos pro-
pter amenitatem. fructus propter sa-
cietatem. Secundo dicitur ovis quantum
ad pastum. Ovis enim non comedit her-
bam putridam nec siccam: sed herbam
virentem. Verba putrida est amor
peccati qui facit animam putrescere
et fetere. Jobelis primo. Coputru-
erunt iumenta in stercore suo. Ver-
ba sicca et arida est amor mundi que
cito siccatur et arefcit. Iaco. primo.
Exortus est sol cum ardore et arefcit
fenum et flos eius decidit et decore vul-
tus eius deperit. Verba virens est
amor dei qui animam facit virentem
et deo gratam et placentem. Prima
igitur herbam maria abhorruit. secu-
dam contempsit. tertia germinavit.
Bene. primo. Germinavit terra her-
bam virentem. Ista terra est beata vir-
go Maria que herbam virentem ger-
minavit: quia dei amore semper plena
fuit. istum pastum ista ovis dei habu-
it in hac vita. modo non habet aliam
pascua gloriosam. De quibus Ezechie-
lis. xxxiii. In pascuis vberissimis
pascuam oues meas: et in montibus
excelsis. ibi requiescent in herbis vi-
rentibus et pascuis pinguibus pa-
scentur super montibus israel. Ubi
notatur quod eius pascua sunt vberis-
sima. pingua. et virentia. Sunt qui
dem vberissima. quia pascitur in co-
gnitione summe veritatis. quia siue
ingredietur ad contemplandum diu-
nitatem. siue egredietur ad conside-

randum humanitatem: vbi que inuenit
vberissimam sacietatem. Iohannis. x. In-
gredietur et egredietur et pascua in-
ueniet. Secundo pascitur in delectatio-
ne summe suauitatis. et ista sunt pas-
cua pingua. Psalmus. Sic adipe et pi-
nguedine repleatur anima mea. Item
Ex adipe frumenti faciat te illi scilicet
frumenti. de quo dicitur Iohannis
nis. xii. Nisi granum frumenti etc.
Tercio pascitur in virore summe es-
ternitatis. et ista sunt pascua viren-
tia que nunquam siccari poterunt: sed
perpetua semper erunt. Tercio dici-
tur ovis propter simplicitatem veram.
Dabit enim simplicitatem aquilinam
columbinam. et ouinam. Simplicitas
aquilina est. quia simplici intuitu a-
quila respicit celum et solem et pul-
los quos viderit cum vno oculo re-
spicere ad celum cum alio ad terram
tanquam degeneres abijcit. Beata au-
tem virgo Maria simplici intuitu cor-
dis sui semper ad deum respexit. nec
ad terrena unquam oculos suos reflexit.
et ideo opera lucida semper habuit.
Mathei. vi. Si oculus tuus fuerit
simplex: totum corpus lucidum erit.
Secundo habuit simplicitatem colum-
binam. Columba enim caret felle. et
diliget comparem suum simplici cor-
de. ideo dicitur Mathei. x. Estote
prudentes sicut serpentes: et simpli-
ces sicut columbe. Et istam simplici-
tatem columbinam Maria virgo ha-
buit. quia caruit felle amaritudinis
et tota fuit plena melle dulcedinis
et suauitatis. Ecclesiastici. xxiii. Spi-

ritus meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauū. Tercio habuit simplicitatē ouinā. ouis enim nullū ledit sed omnibus seruit. qz de lacte suo nutrit. de carne pascit. de lana vestit. Istam simplicitatez beata virgo Maria habuit. qz nulluz vnq̄ lesit. sed nos nutrit suis doctrinis. pascit suis meritis. et vestit suis exemplis Quarto dicitur ouis propter suam obedientiaz spon taneam. oues enim sunt multum obe dientēs voci pastoris. Johānis. x. Oues mee vocem meam audiunt. Magna obedientia est audire vo cē dī precipiētis. Maior audire vo cem dei consulentis. Maxima au dire vocem dei inspirantis. Btā au tem virgo Maria tanq̄ bona ouis omnibus sanctis vocibus obediuit scilicet et deo precipienti et consulē ti et inspiranti preceperat quidē de us. Exodi. xxiii. q̄ ter in anno scilz in Aprili. in Junio. et in Septēbri. tria festa celebrarent. scilicet pascha penthecostā et senopheya. Et in his tribus festis hierusalē ascenderent et templū visitarent. istud preceptū Maria seruabat Unde etiam ad fe stum pasche ascendens: puerus Je sum qui erat duodecim annorum se cuz deduxit. sicut dī Luce scdo Se cundo obediuit deo consulenti. ser uare enim v̄ginitatē non erat in pre cepto: sed in consilio. Unde dī p̄ma Corinth. vii. De v̄ginibus autē dō mini preceptū non habeo: consiliū autē dō. Istud consiliū beata v̄go

Maria seruauit: quia v̄rginitatem suam deo donauit. ideo dixit ange lo Quō fiet istud quoniā virum nō cognosco. id est non cognituraz me propono. Tercio obediuit dō inspi ranti. Cum enim angelus Gabriel si bi aduentū filij dei annūciasset. illa taz grandia et tam insolita. scilicet q̄ virgo pariat q̄ deum concipiat cre dere non potuisset: nisi deus sibi in terius inspirassz et ideo diuine inspi rationi acquiescens continuo obe diuit: dicens. Ecce ancilla domi. fr at mihi s̄m verbum tuū. Quinto dicitur ouis propter cognitionem mutuā. Oues enim cognoscūt pasto rem: et pastor oues suas cognoscit. Johis. x. Et ego gnosco oues me as: et cognoscunt me mee. Sic etiaz christus gnouit matrē suā in vita sua sibi tanq̄ filius obediendo Lu. scdo. Erat subditus illis. Lognouit in morte eam discipulo recōmendā do. Lognouit post mortem eam ad eternam pacem deducendo: et ad su am dexterā collocando. Et quoniā christus ver⁹ est agnus qui matrē suam ter cognouit. ideo in missa ter agnus dei cantatur. Agnus enim di citur latine ab agnoscendo. vel gre ce ab agnon qd est pium: tanq̄ si di cat ecclesia. Agne qui gnouisti ma trem sibi obediēdo: miserere nobis Agne qui cognouisti matrem eā re commēdando: miserere nobis. Ag ne pie qui matrem ad eternam pa cem deduxisti: dona nobis pacem. Similiter et mater cognouit filium

in utero eum nouem mensibus con
fouendo. Agnouit ipsum extra ute
rum lacte uirgineo nutriendo. Ag
nouit in mundo sibi tanquam matri fi
ducialiter imperando Unde Johā
nis scdo. Uinum non habent. Ac si
dicat. Miraculum facias. aquā in
uinum conuertas. et sic uinū eis im
pendas. Agnouit in patibulo eū so
ciando Ideo dicitur Cantico. scdo.
Dilectus meus mihi. scilicet intēdit
et ego illi. Eiusdem septimo. Ego di
lecto meo et ad me conuersio eius.

Quomodo beata uirgo Maria
similis est palme.

Alma significat beatam uirgi
nem Mariam. Potest autem
palma considerari quantum ad arbo
rem folia et fructus. De arboze sic di
cit Ambrosius in libro sermonum.
Est plane palma umbrosa ad requie
m honorabilis ad triumphū sem
per uirens semper uestita folijs at
que ideo non marcescit. Gregorius
quoque in moralibus dicit quod palma
inferius est angusta. superius uero
ramorum expansione est lata. Pri
mo igitur palma est umbrosa ad re
quiem: quia eius umbra ad requie
scendum est grata. Umbra beate ma
rie uirginis est consideratio uite sue
que quidem nobis refrigerium pre
stat et malum ignem refrigerat estum
carnalis concupiscentie extinguit.
Nam consideratio sue paupertatis
refrigerat estum auaricie. Conside

ratio sue castitatis estum carnalis con
cupiscentie. Consideratio sue humi
litate estum ambitionis mundane
Unde quilibet sic refrigeratus tali
modo dicere potest Cantico. scdo
Sub umbra illius quem desidera
bas sedi. Scdo palma est honora
bilis ad triumphum. Unde antiqui
tus in signum uictorie dabatur pal
ma in manibus triumphantis. In
huius significatōne dicitur de mar
tyribus qui mundum uicerunt. Apo
calipsis. vii. quod palme erant in mani
bus eorum. Quidam sunt qui pal
mas in manibus non habent: sed ha
bere proponunt. quia non uincunt
sed uincuntur. sed in futuris uince
re intendunt: et illud incertum est.
Alii sunt qui non habent in manibus
sed in ore. quia multi bene sciunt ali
os docere. artem uincendi: sed seip
sos non docent: et illud uanum est.
Alii sunt qui habent palmas in ma
nibus id est operibus qui pugnant
et uincunt: et illud perfectum est Duo
prima apostolus a se remouebat: et
tercium se habere dicebat Non enim
uolebat currere sine pugnare in fu
turum: quia hoc erat incertum. idem
dicit. i. Corinth. ix. Ego igitur sic cur
ro non quasi incertum. nec uolebat
pugnare uerbo alios instruendo et
ipsum succumbendo. quia hoc fuis
set uanum. ideo subdit. sic pugno non
quasi aerem uerberans. Uox enim
nihil aliud est quam aer tenuissimus te
tus. Sed pugnat factum hostem
id est corpus suum feriendo. Ideo

subdit. sed castigo corpus meum et
in seruitutem redigo &c. Beata vir-
go Maria non in futurum nec solo
verbo: sed facto pugnabat. et iō pal-
mas in manu tenebat. Proverbio-
rum ultimo. Manum suam misit ad
fortia. Tunc enim manum ad fortia
misit: quando mundum cum suis va-
nitatibus superauit. Tercio pal-
ma semper est virens. sic beata vir-
go Maria semper habuit virides
cogitationes: quia fuerunt sancte.
virides intentiones: quia fuerunt
recte. virides affectiones: quia fue-
runt mūde. et virides operationes
quia fuerunt sollicite. Talia viridia
super omnes gratias alias deo sunt
grata. Ecclesiastici. xl. Gratiam et
spem desiderabit oculus tuus et super
hoc virides sationes. Quarto
palma non marcessit. In beata vir-
gine Maria quidem fuerunt tria
semper integra et nulli corruptioni
subiecta. scilicet corpus. anima. spi-
ritus. De quibus dicitur. i. Thessa-
lonicenses. v. Integer spiritus et ani-
ma et corpus sine querela in aduen-
tu domini nostri Iesu christi serue-
tur. Corpus enim eius corrumpi nō
potuit: quia fuit deitate inbalsama-
tum. Ecclesiastici. xxiiij. Sicut cy-
namomū et balsamum aromatizans
odoro dedit &c. Anima similiter eius
corrumpi non potuit. quia fuit cum
aīma filij vnita. vna quodammodo
de duabus aīmab⁹ effecta est quod in-
nuitur Luce. ij. Tuā ipi⁹ aīam ptra
sibit gladius doloris. i. animā tuam

que est ipsius vel animā ipius que
est tua. Spūs enim su⁹ nō potuit cor-
rumpi. quia fuit totus deificatus: et
quodammodo totus in dei amorē
cōuersus. Hieron. in sermone de as-
sumptiōe totā eā repleuit spūs sancti
grā. totā diuinus amor incāduerat

Quinto palma inferi⁹ est angus-
ta superi⁹ lata. per que tria de san-
ctis viris notātur: vt dicit Grego-
rius pmo. quia inferius sunt arti et
angusti ad petendū terrena. superius
nō sunt lati ad amandū spūalia et
eterna. i. Thymo. vi. Dñes vicē
et quibus tegamur his cōtēti sum⁹
Ecce quā angust⁹ ad terrena. i. Lopez.
v. Charitas dei diffusa est in cordi-
bus nostris. ecce quā latus ad spū-
tualia et eterna. Secūdo notat⁹ quod sui
di inferi⁹ sunt infirmi in corpe. superi-
us nō sunt fortes in mēte. ij. Lopez.
xij. Cū enim infirmor tūc fortior sum
et potēs. Tercō notat⁹ quod sui di a p-
uis incipiūt: s; ad magna pueniunt.
Prover. iij. Justorū semita quasi
lux splendēs procedit et crescit vsq;
ad pfectū diez. Btā vgo maria fuit
angusta in infimis in amore terre-
noz. s; lata in summis in amore ce-
lestiū quia ibi semp habitabat. Eccli.
xxiiij. Ego in altissimis habito. fuit
debilis in corpore sed fortis in men-
te. que quidē fortitudo spōsum suū.
id est filium delectabat. Ecclesiasti.
xxvj. Mulier fortis oblectat virū
suum. Incepit etiam ab infimo lo-
co humilitatis. et peruenit ad sum-
mum locum beatitudinis Lu. pmo

Resperxit humilitatem ancille sue. ecce q̄ infima. Ecce enī ex hoc beatā me dicent omnes generationes. ecce q̄ suprema. Sc̄do palma consideratur quantū ad folia. cui⁹ quidē folia sunt sursum eleuata: in infimo sunt punctiōe acuta. in laterib⁹ sunt incisa. in medio sunt plana ⁊ suauia. in longum sunt protensa et sunt semper virentia. Ista igitur folia significāt verba Marię que ip̄a dixit in cantico suo. Nam ibi dixit v̄ba sursum eleuata quando deum magnificauit quando in dō exultauit: dicēs Magnificat anima mea dominum Et exultauit spiritus meus in dō salutarī meo Sc̄do ibi dixit v̄ba acuta quibus demonē perforauit: cum dixit. Quia resperxit humilitatē ancille sue. nihil enī est q̄ tantum hostem superbū prostrauit sicut humilitas. Tercio habuit v̄ba plana et suauia quibus dei beneficia in se recognouit: dicens. Quia fecit michi magna qui potens est. Quarto habuit verba in longum protensa. quibus vsq; in finē mundi in generationē et generationē di misericordiam omnibus affuturam esse predixit: cui⁹ ait. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Quinto habuit verba incisa. quib⁹ vicia incidebat Nā a potentibus incidebat superbiam: dicens. Fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: ⁊ exaltauit humiles. A diuitibus incide-

bat auariciam: dicens. Esurientes impleuit bonis et diuites dimisit inanes. Sexto habuit v̄ba virentia quibus admonuit q̄ beneficium in carnationis diuine in cordibus nostris semper debet vīrere: dicens. Suscepit israel puerum suū zc. v̄ q̄ in finē cantici. Tercio palma cōsideratur quantū ad fruct⁹ quos producit. Sed notanduz q̄ palma tunc multuz fructificat quando est plantata in terra arida. Vel quādo radijs solis est exposita. v̄ quando palme masculinē ponantur ad radicem palme feminē. fructificat etiaz quando est antiquata. Dicitur enim q̄ palma generosa non fructificat ante centuz annos: et tunc fructus dulcissimos producit. Beata igitur v̄go Maria fructū protulit. de quo Lat. vij. Ascendā in palmā et apprehendā fruct⁹ eius. ideo aut fructificauit. Primo qz fuit ei⁹ aīa plantata in terra arida. id est in carne ab omī humore carnalis ꝑcupiscentie desiccata. Lat. primo. Congregētur aque que sub celo sunt in locū vnū. .i. in totū aliū mūdū. ⁊ appareat arida. .i. v̄go maria ab oib⁹ aquis ꝑcupiscentiaz penitus aliena Sc̄do fuit radijs sol exposita. sic ei⁹ sol magis lucē suā diffundit in lunā et postea in stellas et postea in nubes et postea in mōtes et deinde in valles. Sic et sol iusticie charitatez suā principaliter diffudit in lunā. id est in btāz v̄ginē mariā ⁊ postea in stellas id est i angelos. et postea

in nubes id est in apostolos. Deinde in montes id est in doctores. ultimo in valles id est subditos humiles. Tercio fuit sponso id est christo non tantum vicina non tantum coniuncta: sed totaliter innixa. Anticozum octauo. Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens innixa super dilectum suum. Quarto fuit antiquata. Est enim triplex antiquitas. Una quam facit sensus maturitas. Sapientie quarto. Lani sunt sensus hominis. Istam maturitatem habuit beata virgo Maria. de qua dicitur Luce secundo. Maria autem conseruabat omnia verba hec etc. Secundo est quam facit vite sanctitas ibidem etas senectutis vita immaculata. Istam etiam habuit quia fuit sine macula Anticozum quarto. Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. Tercia est quam facit morum grauitas et honestas. Psalms Preueni in maturitate et clamauit. Istam etiam Maria habuit. De qua dicitur in psalms. Astitit regina a dextris tuis. in vestitu deaurato id est cum corpore morum honestate preclaro

Quomodo beata virgo Maria compatur paradiso

Paradisus deliciarum est beata virgo Maria. Nam sicut dicitur Genesis secundo. Plantauit deus paradysum voluptatis. id est beatam virginem mariam a principio. id est in partibus orientis in quo po-

suit homines quem formauerat. ille autem locus est valde amenus. quia ibi sunt ea que viridarium faciunt amenum que etiam in beata Maria virgine fuerunt: que quidem sunt quatuor. Primum est diuersitas arborum. Unde dicitur Genesis secundo. Produxitque dominus deus omne lignum pulchrum visu et ad vescendum suauem. Istam diuersitatem arborum fuit in maria. quia dicitur Ecclesiastici. xxiiiij. Quasi cedrus exaltata sum in libano etc. vbi ponuntur sex differentie arborum que fuerunt in ea. scilicet. cedrus contemplationis excelsae. cypressus odorifera fame. palma gloriose victoriae. rosa pacietie. oliua misericordie. et platanus fidei perfecte. Platanus enim videtur habere folia ad modum scuti. et habet fidem. siue quod ad modum scuti habet tres angulos. id est tres principales articulos qui credit in sanctam trinitatem. siue quod ad modum scuti defertur et fertur in leua. id est in presenti vita: non in dextera. id est in beatitudine eterna. quod hic fides ibi visio. Siue quod fides est scutum nobis contra diaboli temptamenta. ad Ephesios. vi. In omnibus summes scutum fidei. Non tamen autem in paradiso erat diuersitas arborum: sed maxime ibi fuit lignum vite in medio paradisi. de quo dicit Augustinus. Virgo maria paradysus dicitur in cuius medio est lignum vite cuius folijs sanantur infirmi. cuius odor viuificat mortuos. cuius sapor dulcorat amaros. cuius umbra refrigerat miseros. cuius aspectus letificat angelos. Secundo in paradiso fuit iocunditas

ritulorum. Genesis secundo. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum. qui inde dividitur in quattuor capita. Ille fluvius paradysi habuit habundantiam spiritus sancti que fuit copiosissime in beata virgine maria. Et dividitur in quattuor capita. quia unum fluvium mittit ad contemplativos dans eis gratiam et devotionem orandi. Et alium mittit ad activos dans eis gratiam perseverandi. Alium mittit ad prelatos dans eis gratiam presidendi. Alium mittit ad subditos dans eis gratiam obediendi. Tercio in paradiso fuit aureum refrigerium. Unde dicitur Genesis. iij. Cum audisset vocem domini dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem et cetera. Istud refrigerium fecit in Maria spiritus sancti gratia. Juxta illud Lucę primo Spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. id est ab omni estu carnalis concupiscentie te refrigerabit. et dicit deambulantis ad auram non ante meridiem nec in meridie sed post meridiem. In mane autem est parua lux adhuc. et significat illos qui non habent de deo lucem cognitionis diuine. et in talibus non fiat auster celestis gratie. nec deus ibi ambulat suam gratiam apponendo. In meridie vero est estus caloris. et significat illos qui sunt in feruore concupiscentie carnalis et in talibus non fiat aura gratie celestis. In vespere autem sive post meridiem mitigatus est

calor. et significat illos in quibus caloris concupiscentie est refrigeratus et in talibus deus vadit ad auram. quia eis infundit suam gratiam.

Quarto in paradiso fuit cantus autem. non autem corporaliū: sed spiritalium id est angelorum qui ad laudem dei semper cantant. Job. tricesimo octavo. Cum me laudarent astra matutina et iubilarent omnes filii dei. Iste autem id est angeli fuerunt in paradiso terrestri. Unde dicitur Genesis tercio. Videte ne forte sumat de ligno vite etc. Et est vox dei ad angelos. Unde dicitur ibidem. quod deus collocauit cherubin ad custodiendam viam ligni vite. Iste igitur autem id est angeli celestes ad honorem Marie virginis decantauerunt in suo ortu. Nester octavo. Judeis noua lux oriri visa est Cantauerunt in suo partu: dicentes Lucę secundo. Gloria in excelsis deo. Cantauerunt in sua assumptione. secunda Regum sexto. Deducebant archam domini. id est virginem Mariam. scilicet angeli in iubilo et clamore tubę. Cantant etiam modo in sua glorificatione. quia angeli et sancti eam beatissimam predicant: et ipse christus qui eius sponsus similiter eam laudat. Proverbiorum vltimo. Surrexerunt filii eius et beatissimam predicauerunt. Cuius eius laudauit eam.

Quinto in paradiso terrestri fuit dulcedo fructuum et pomorum. ibi quidem fuerunt tria genera fructuum ut habetur Genesis. iij. scilicet consensus.

De quo dicitur. De omni ligno pardi
si comedet. prohibet. de quo subdit
De ligno autē sciētie boni et mali ne
comedas. et pmissus. de quodicef
ibidē Lignū etiā vite in medio pardi
si. Si enī pcesso vsus fuisset ⁊ a pro
hibito abstinuissz ad pmissū pue
nissz. ⁊ qz male vsus ē prohibito. iō
puatus est pcesso piter ⁊ pmissio.
Quilibet autē istoz fructū hūit ali
quā impfectionē. Nā fruct⁹ prohibi
bit⁹ fuit mortis effectiu⁹ saltē occa
sionaliter. fructus autē cōcessus nō
fuit de celo delat⁹: sz de humo pro
ductus. Un̄ dī. Produxit autē de⁹
⁊ humo om̄e lignū pulchrū visu ⁊c.
Fruct⁹ at̄ pmissus scz lignū vite
vitā btām non dabat: sed in corpali
pseruabat hoīem. Btā igr̄ ⁊go mā
ria adueniēs fructū attulit b̄ndictū
Luce p̄mo. B̄ndict⁹ fructus vētris
tui. Iste at̄ fructus est ille qui dicit
Jobis. vi. Ego sum panis viuus q
de celo descendi. Primus quidem
fructus fuit mortis causatiu⁹. Iste
autē fructus beate Marie virginis
est viuificatiu⁹. ideo dicit. Ego sum
panis viuus. Scdus fruct⁹ fuit de
humo productus. Iste autē fuit de
celo delat⁹. Jō subdit. qui de celo
descēdi. Tercī⁹ fruct⁹ cōsuabat vi
tā corpālē. Iste at̄ dat vitā celestē.
Jō subdit. Si quis manducauerit
ex hoc pane: viuet in eternū Istum
b̄ndictū fructū et panē celestē ⁊ bea
ta ⁊go Maria nobis attulit. Jux
ta illd̄ Pro⁹. vi. Facta ē q̄li nauis
institoris de lōge portās panē suū.

De partu btē Marie ⁊ginis.

Artus btē Marie ⁊ginis fu
it dissimilis partui aliarū fei
rū. Ceterē enī mulieres ante ptū ha
bent timorez. qz in ptu piclitatur. in
ptu habent dolore. post ptū incur
runt languorem. Beata autem vir
go Maria nec ante partū timorem
habuit. nec in partu dolorem sensit
nec post languorem incurrit. Pri
mo igitur ante partū nulluz habuit
timorem. Non enī poterat habere
timorem quā pater ab eterno elegerat.
P̄s. Elegit domin⁹ syon id est
beatam virginem mariam. que sem
per dei gloriā speculata fuit. Ele
git eam in habitationē sibi. quam fi
li⁹ in vtero inhabitabat: ⁊ ibi quie
minatos sententiā fulminabit: dicēs
Discedite a me maledicti i ignē eter-
nū. et istud est fulgur quod de thro-
no procedit. Illi vō qui erūt a dex-
tris ad beatā virginē gloriosā tan-
q̄ ad thronuz gratie z misericōdie
resurgēt. Ps. Thronus eius sicut
sol in conspectu meo. z sicut luna p̄

fecta in eternū ⁊ testis fidelis in celo. Ipsa enim in iudicio existēs erit coram deo sicut sol. quia pre ceteris habet maiorem splendorem sapientie et maiorem colorem gratie. et erit sicut luna perfecta. quia cōtra tam te nebulosam dei indignationē erit deuotus suis ad lucem ⁊ cōsolationē. ⁊ erit sicut testis fidelis. qz coraz filio suo ⁊ nobis testimoniū perhibebit. Unde dicit ecclesia. Recordare xpo mater dum steteris in conspectu di vt loquaris pro nobis bona. bonū felicitet pro nobis apud tuū filiu ⁊ testimoniū perhibendo ⁊ vt auertas indignationē suā a nobis nos sibi recōsiliando. Scdo dicit thron⁹ ex eo qd proprietates hz angeloz q throni dicuntur. Que quidē sunt sex sū beatū Dionisiuz. Prima est maria celsitudo que beate marie conuenit que ait. Eccli. xxiii. Ego i altissimis habito: et thronus meus in colūna nubis. Ipsa enī in altis habitat. qa sup omīs sanctos est exaltata. habitat in altioribus: quia sup omīs angelos est sublimata. habitat in altissimis: quia ad dexteram filij sui est collocata. Unde in figura dicit. iij. Regū. ij. Positus est thronus matris regis que sedet ad dexterā ei⁹. Scda proprietates thronozū est regis circundatio que ⁊ sibi conuenit De qua dicit Hieremie. xxj. Creauit dominus nouū super terram femina circūdabit virum. vbi triplex nouitas notatur. Prima ē quia circundat. i. sine corruptione generat.

Illud enī est circūdatuz qd ex omī parte est clausum. Scda est qz circundat virū. Bernardus. Si dixisset infante vel paruulū nec nouū videretur. nec mirum. sed vir erat Iesus nec duz etiā natus sapientia nō etate non corporis: sed cum vigore Dicitur enī vir non propter etatem sed propter sapientie plenitudinē quā habuit ab instanti cōceptiōis. Tercia est. quia dicitur super terrā Ecclesia quidē generat quotidie filios in celo sine corruptione et cum gratie plenitudine. Unde obit⁹ sanctorum dicitur natale. quia tunc nascunt ⁊ istud nō est nouū. sed quista talis generatio fiat super terra. istd est omniū nouoz nouissimū. Tercia proprietates thronozū est stabilis collocatio. ⁊ ista proprietates sūr cōuenit beate marie virgini que stabilis fuit filio in vita ⁊ i morte et post mortē. Nam in vita fuit stabilis sibi per amorem. quia nunq̄ ab eius amore discessit. In morte fuit stabilis per associationē. quia iuxta crucem suam semper stetit. et post mortem fuit stabilis per fidem: qz nunq̄ eam amisit. Quidaz autē discipuli ab eo discesserunt per fidez: s; nō per amorem sicut apostoli. Alij discesserunt a fide: sed non ab amore. nec a societate vt sancte mulieres: q̄ iuxta crucem christi steterunt. Beata autem virgo Maria semper immobilis stetit. ⁊ in fide et in amore et in societate. Quarta proprietates thronozū est regis susceptio.

et ista etiam conuenit beate marie q̄
excellentiore modo p̄re ceteris ip̄m
suscepit. Om̄s enī tam boni q̄ mali
christū suscipiūt per essentiā ⁊ p̄re
sentiā. Boni uero ip̄m suscipiūt per
inhabitantē gratiā. Beata autē vir
go Maria ip̄m suscepit. ⁊ per gra
tie plenitudinē in mente. ⁊ per p̄re
sentiā corporalē in ventre. Quis
ta proprietates thronoz est regis de
latio. ⁊ ista sicut conuenit beate marie
que christū de celo detulit. ⁊ ido d̄z
ferculum a ferendo. Cant. iij. Fer
culū fecit sibi rex Salomon ⁊c. Uo
catur etiā nubes. Esaie. xix. Ascēdet
dominus super nubem leuem: ⁊ in
gredietur in egiptū. Ipsa enim nu
bes christū tanq̄ pluuiā salutarem
cōpluit. Esa. xlv. Nubes pluunt iu
stum. Uocatur etiam nauis. Pro
uerbioꝝ vlt̄. Facta est quasi nauis
institoris de longe portans panem
suū. Sexta proprietates thronoz
est familiaris apparitio. ⁊ ista simi
liter beate virgini conuenit. Familia
rius enī ⁊ apertius misterii incarna
tionis sibi christus manifestauit q̄
ceteris sanctis uel angelis. Nā salo
mon dixit se illū ignorare. Prouer
bioꝝ. xxx. Tria sunt mihi diffici
lima ⁊ quartum penitus ignoro qd̄
est uia uiri in adolescentia sua. Jo
hannes enim baptista dixit se non
sufficere soluere corrigiā calciamē
ti. id est exponere profunditatē tan
ti mysterij. Gabriel etiam angelus
de modo requisitus ipsum non ex
posuit: s; ad spiritum sanctum virgi

nem remisit: dicens. Spiritus san
ctus superueniet in te. Bernardus
supermissus est Ac si dicat angelus
Quid a me queris qd̄ in te mox ex
perieris. scies ⁊ feliciter scies: sed il
lo doctore quo et actore. Ego missus
sum nunciare uirginalem conceptū
non creare. Beata autem uirgo ma
ria illud mysterium non tantum sci
uit per infusam sapientiam: sed max
ime per experientiam. Bernardus
ibidem. Qualiter splendor ille inac
cessibilis uirgineis se infunderit uis
ceribus soli datū est scire cui soli da
tum est expiri.

Qualiter turbata est beata vir
go Maria.

Turbata est Maria in sermōe
angeli: ⁊ cogitabat qualis eēt
ista salutatio. In his uerbis ex par
te uirginis ponuntur duo. scilicet ei⁹
turbatio ⁊ eius prudens cogitatio.
Ex parte angeli alia duo. scilicet an
gelica cōfortatio ⁊ nascituri filij cō
mēdatio. Primo igitur ponitur
uirginis turbatio cum dicitur. Tur
bata est in sermone angeli Non est
enim turbata turbatione impacien
tie. sed turbatiōe pudoris timoris ⁊
ammirationis Est igitur turbata. i.
uerecundata uel expauefacta uel ad
mirata Primo igitur est turbata et
uerecundata Angel⁹ qd̄ sibi appu
it i forma iuuenis pulcherrimi Nō
enī apparuit in etate puerili. q; illa
etas s; dicat nouitatē. tñ d̄t ip̄fectio
y iiii

nē. et ideo decuit et conueniens fuit
vt appareret i etate iuuenili. quia il
la etas dicit nouitate z perfectionē.
et ille annūciare venerat illum qui
erat nouus q̄stum ad humanitatez
et perfectus quantū ad deitate. Be
ata igitur virgo Maria illū iuuenē
pulcherrimū videns z nondum an
gelum esse cognoscens z se solaz cū
eo in thalamo inueniēs: turbata fu
it id est nimīū verecundata. Hiero
nymus ad Eustachiū. Tante puri
tatis Maria extitit vt esse mater do
mini mereretur. ad quā cuz Gabri
el in viri spē descendisset consterna
ta z perterrita respondere nō potu
it. Nūq̄ enī a viro aliquo fuerat sa
lutata. Ambrosius super lucā. Tre
pidare quidē virgineū est z ad om
nes virozum ingressus pauere om
nes eozum affatus vereri. Discāt er
go mulieres propositū pudoris imi
tari. Et discite virgo verborum vita
re lasciuia. Maria etiaz angeli sa
lutationē verebatur. Bernard. sup
missus est. Solent v̄gines que ve
re virgines sunt semp esse pauide et
vt timenda caueant tuta primescere
Proinde quicqd nouū quicqd sub
itū fuerit suspiciatur insidias. totū cō
tra se estimant machinatū. Se
cundo fuit turbata. i. expauesceta.
Angelus quidē cū lumie z cū cādi
da z lūiosa veste sibi apparuit. etiō
ex tali fulgore expauesceta fuit. Nō
enī venit angelus in veste nigra: sz
fulgida z candida. qd̄ quidē pueni
ebat triplēi rationē. scilicet ratione

annūciantis. quia candōz vestimē
ti designabat fulgozem z claritatez
angeli. Secundo ratione annuncia
ti. quia annūciabatur ille qui est cā
dōz lucis eterne z speculum sine ma
cula. Tercio ratiōe illius cui fiebat
annunciatio que fuit tota candida.
quia ab omni peccato penitus alie
na. cuius conceptus fuit purissim⁹
et partus mundissimus. Beata igit
virgo videns angelum venire cum
tanta claritate et cum tanta fulgida
veste fuit turbata. id est expauesceta.
Unde cantat ecclesia. Et expaue
scit virgo de lūie. Tercio fuit tur
bata. i. nimis admirata et hoc maxi
me de duobus. primo de eo qd̄ an
gelus ostio clauso intravit. Bernar
dus vbi supra. Non est suspiciandū
qd̄ apertam inuenit ostiūz virginis
cui nimirū in proposito erat frequē
tias hominū fugere. colloquia vita
re ne vel orantis silentium turbare
tur. vel continentis castitas tempta
retur. nec fuit illi difficile per ostiūz
clausum abdita virginis penetrare
cui ex nature sue subtilitate quodli
bet corpus quantuncūqz solidum
vel spissum parūū est ac penetrabi
le. Secundo admirata fuit de eo qd̄
nouam et inauditam salutionez sibi
fecit. qd̄ scilicet deus debebat esse se
cum. non tantum in mente per gra
tiam: sed etiam in ventre per suscep
tam naturam humanam. Petrus
Rauanēs. Quāuis motu blādo af
fatu pio v̄ginē sibi de⁹ in m̄rem fa
mulā sibi v̄teret i pntē. viscera tūe⁹

turbata sunt. ipsa quoque tremefacta
peditio. cum ei⁹ conditor de⁹ quem tota
creatura non capit. totum intra pe-
ctus virginis se recepit. Nam ut an-
gelum vidit mens eius contremuit
in eius ingressu. Secundo poni-
tur ipsius virginis prudens cogita-
tio cum dicitur. cogitabat qualis es-
set ista saluatio. Circa quattuor ve-
ro eius cogitatio versabatur. Pri-
mo circa saluantis qualitate vtruz
scilicet esset bonus nuncius vel non.
Sciebat enim quod diabolus sepe in an-
gelum lucis se transfiguratur sed tñ re-
uelatione dei cognouit quod fuit ange-
lus bonus et dei specialis nuncius.
Bernardus vbi supra. Sciebat ne-
pe virgo prudens quod frequenter an-
gel⁹ iathane se in angelum lucis trans-
figuratur. Sed quia simplex et humil-
er erat nihil tale de sancto angelo peni-
tus estimabat. et ideo qualis esset ista
saluatio cogitabat. Secundo ei⁹ co-
gitatio versabatur circa saluatiōis
nouitate. quia a seculo non est audi-
tum quod aliqua femina ab aliquo an-
gelo sic vocata gratia pleā vi bene-
dicta tu. et ideo talis nouitas h⁹boz
quodammodo eā turbauit et in admi-
ratione induxit. Petrus Rauenen⁹
Uenerat angelus in specie blandus
in sermone terribilis. humana pre-
ferens. diuina reprobittens. Unde
et virginem quaz leuiter sollicitauit
uisus. turbauit auditus Augustin⁹
in sermone de annūciatione. Post
illius benedictionis prelagium ter-
retur virgo nouitate verborum.

Tercio eius cogitatio versabatur
circa suam indignitatem. quia indi-
gnā se reputauit de tali uisione et de
tali saluatione angeli. Bernardus
vbi supra. Nimiruz indignā sese an-
gelica saluatione reputabat et for-
sit in mente talia meditando volue-
bat. Unde hoc mihi ut veniat ange-
lus domini ad me. Quarto eius
cogitatio versabatur circa dei boni-
tate que tanta erat quod per ipsam hu-
manu genus saluare et redimere di-
sponerat. Bernardus vbi supra. ut
quid h⁹go indebitā tibi dixeris gra-
tiam angelorum. que inuenisti gra-
tiam apud deum. quam gratiam di-
et hominū pacis et mortis destructi-
onem vite repationem. Hierony-
mus in sermone de assumptiōe. Dec-
est que dedit gloriam celis deū ter-
ris gentibus fidem vicis finem vi-
te ordinē moribus disciplinā. Ita
igitur quattuor diligenter in corde
suo reuoluens. noluit statim respon-
dere sed cogitabat qualis esset ista
saluatio. Petrus Rauenen⁹. Lico-
nanq; respondere fatuitatis est hu-
mane. cogitare vero pudoris ē ma-
ximi et iudicii perimaturi. Bernar-
dus vbi supra. Turbata est: s; non
perturbata. Quod ergo turbata est
fuit verecūdie uirginalis. quod nō
perturbata fortitudinis quod tacu-
it et cogitauit prudentie. Turbatus
sum inquit propheta et non sum lo-
cut⁹. cogitauit dies antiquos. Sic
brā h⁹go maria turbata ē et nō locu-
ta. sed cogitabat qual' esset ista saluatio.

ratio Ex parte hō angeli duo ponū
tur. Primo eius confortatio cū di-
xit. Ne timeas Maria zc. In hoc
enī cognoscit angelus bonus a ma-
lo. quia angelus bon⁹ qñ apparet
in principio terret. in medio confor-
tat. in fine letificat. ideo iste angel⁹
beatam virginē in principio terret
quādo ipsa turbata fuit. In medio
confortauit quando dixit. Ne time-
as Maria. In fine letificauit. quia
eam dei filio grauidam dereliquit.
Angelus hō malus quando in an-
gelum lucis se transfigurauit. in pn-
cipio multuz terret. in medio diuer-
sis temptationibus multuz turbat.
in fine hō multū contristat. Et quo-
niam deus videtur angelo reuelas-
se illa quattuor circa q̄ cogitatio vir-
ginis versabatur. ideo angelus ad
illa quattuor per ordinē respondit.
Primo enī versabatur eius cogita-
tio circa salutantis qualitātē vtrum
scilicet esset bonus nuncius v̄ non.
Ideo sibi dixit. Ne timeas Maria
Super quē locum dicit Bernard⁹.
Ne timeas Maria. nichil hic doli
vel fallacie. nullas hic insidias suspi-
ceris. non sum homo sed spirit⁹ nec
sathane: sed dei angelus. Secūdo
versabatur eius cogitatio circa salu-
tationis nouitatē. quia multū mira-
batur q̄ angelus eam plenam gra-
tiam vocauerat cum hoc nusq̄ au-
ditum fuerit. Ideo dixit ei angelus
Inuenisti gratiā apud deum. Ubi
dicit Petrus Rauenenf. Ne time-
as Maria. inuenisti enī gratiā apd

deum. timet siquidem. non q̄ inue-
nit. sed qd̄ perdit. Quid ergo timet
que securitatem concipit rerum. pa-
rit gaudia seculorum timor non est.
vbi est diuinū negociuz non huma-
num. Quid timet Maria cui iudex
est causa. assertor integritas. testis
innocētia. Tercio vsabať ei⁹ co-
gitatio circa suā indignitatē. qz nō
reputauit se dignam angeli visione
vel salutatione. Ad hoc respōdit an-
gelus: dicens. Ecce concipies et pa-
ries filiū. Ac si dicat. q̄ concipis dei
filium digna. proculdubio angeluz
videre que es mater dei. digna es
salutari a nuncio dei. Bern. super
missus est. Ne timeas Maria. O si
scires q̄tuz tua humilitas altissimo
placeat quanta te apud ipsum subli-
mitas maneat angelico te indignaz
nec alloquio nec obsequio iudica-
res. Non mireris Maria q̄ ange-
lus ad te venit. Nam z maior ange-
lo venit. Non mireris angelum do-
minicum. nam z dominus angeli te
cum. Postremo quid nisi angelum
videas cum iam angelice viuas.

Quarto versabatur eius cogita-
tio circa dei bonitatem que tanta e-
rat. q̄ per ipsam humanum genus
saluare disponebat. et istam suaz co-
gitationem angelus approbat: di-
cens. Uocabis nomen eius Iesum
Bernardus. Ihesus hebraice. so-
ther grece. saluator latine dicitur.
Noc enim nomē est quod cecis vi-
sum. Surdis auditum. Claudis
gressum. Sermonem mutis. vitam

mortuis dedit. totamq; diaboli po-
testatez de obsessis corporibus vir-
tus huius nominis effugauit. *Se-*
cundo ex parte angeli ponitur filij
nascituri cōmendatio cū dicit. *Nic-*
erit magnus z filius altissimi voca-
bitur. Dicitur autem christus mag-
nus z puus. Nam dicitur fuisse ma-
ior angelo et minor. *Maioz* iuxta il-
lud *Debre. pmo.* Tanto melior an-
gelis effectus quāto pre illis nomē
hereditauit. *Minoz* *Juxta* illd ps
Minuisti eum paulominus ab an-
gelis. De domino enim *Jesu chri-*
sto est loqui fm quattuor modos.
Primo de ipsa psona et fm hoc est
ipe maioz omibus angelis et rex et
dominus angelorum. *Secūdo* de
persona ratione nature diuine. z fm
hoc etiam est maioz omnibus ange-
lis. *Tercio* de persona ratione na-
ture humane. z hoc potest esse du-
pliciter. vel fm q ipa natura huma-
na est vnita diuine. z sic itez est ma-
ior omnibus angelis. vel fm q con-
sideratur in se circūscripta diuinita-
te. z fm hoc est minor angelis q̄tū
ergo ad tres primos modos ē ma-
ior angelis. z sic intelligitur verbuz
apostoli quod dicit. tato melior an-
gelis effectus zc. Quantū ad quar-
tum modū est minor angelis. z fm
hoc intelligitur *phū* prophete qui
dicit. *Minuisti eum paulomin⁹* ab
angelis zc.

Quomodo beata virgo Maria
fuit vas dei.

As dei fuit btā *hgo* Maria.
Fuit ergo vas purū et nouuz
vas profundū vas solidum vas ad-
miradū vas aromaticū *Primo* igi-
tur fuit vas purū z nouū. *iiij.* *Regū*
ij. *Afferte mihi vas nouuz z mittite*
in illud sal. *Istud* vas nouū fuit vte-
rus virgineus marie qui fuit nou⁹
qz ab omi vetustate culpe penit⁹ fu-
it mūd⁹ *In* istd vas sal sapiētie fuit
missum cū xps qui ē dei sapia in ei⁹
vterū intrauit *Nō* soluz at istd vas
fuit nouū z purū sz etiā fuit purissi-
mū. *Prover. xxv.* *Aufer rubiginē*
de argēto z egredietur vas purissi-
mū. triplex eni rubigo totū gen⁹ hu-
manū occupauerat. pma culpe ori-
ginal. *Ps.* *Ecce eni in iniquitatibus*
cept⁹ sum zc. *Ista* rubigo ab isto
vase dei fuit ablata in sui scificatiōe
q̄n scz in vtero mris sue fuit scifica-
ta. *Ps.* *Scificauit tabernaculū su-*
um altissim⁹. *Scda* ē rubigo culpe
actual. *Prover. xx.* *Quis pōt dice-*
re mūdū est cor meū. pur⁹ suz a pec-
cato. *Ista* rubigo silt ab isto vase
dei ablata fuit in spūsc̄ti supuētiōe.
et in filij dei cōceptiōe. *Quāuis* enī
nūq; venialiter peccauerit tñ ex tñc
peccare n̄ potuit spūsc̄to ab ea libe-
rū arbitriū n̄ auferēte: sz ipaz in bo-
no pfirmate. *Aug⁹* in libro de natu-
ra z grā. excepta di gēitrice maria.
Si om̄s sc̄ti et sc̄tē interrogati fuis-
sent vtrū sine pctō essent. om̄es vna
voce clamassēt. si dixerit⁹ qz pctm̄ n̄
hēm⁹ ipi nos seducim⁹ z vitas i no-
bis nō ē. excepta inq; hac *hgie* sc̄tā

de qua propter honorē dñi duz de peccatis agitur nullam prozsus vo lo questionē habere. Tercia est rubigo penalitatis. quia multe penali tates tā corporales q̄z mentales ho minē circundāt. propter qđ aplus clamat Rhoma. vii. Infelix homo quis me sepabit de corpore mortis huius. Ita rubigo ab isto vase di fuit ablata in sui assumptōne. qz tūc corpus suū induit immortalitatē et aīma impassibilitatē. Potest igitur esse verbū patris ad spiritūs sanctuz vt sibi dicat de argento. i. de corpo re z anima marie fulgido. Aufer ru biginē culpe originalis et egrediet̄ vas purum. Aufer rubiginē culpe actualis z erit purius. Aufer rubi ginē omīs penalitatis z egredietur vas purissimum. Scđo fuit vas profundū per profundā humilita tem. z ideo profunde dei gratia me ruit impleri. Cor nostrū est vas qđ tunc profunde foditur. quādo pro funde homo humiliatur. Sed sunt quidā quozum cor tm̄ cauatur z fo ditur in superficie. quia habent solum humilitatē in ore z in exteriori puez satione. supbiam h̄o habēt in corde Ecclesiastici. xix. Est qui se nequirit humiliat et interiora eius plēa sunt dolo. Alij sunt qui habēt cor fossuz et concavū vsqz ad mediū sicut serui dei qui sic humiliātur exterius in si gno cōuersionis. sic humiliatur in medio cordis. de quibz dī Michee sexto. Humiliatio tua in medio tui. Null⁹ aut̄ vnqz fuit qui habuit cor

concauū vsqz ad fundū .i. qui se pro funde hūiliauerit nisi chzist⁹ z bea ta h̄go maria. Ille profunde se hu miliat qui inferius descendere non potest. sicut chzistus qui descēdit vs qz ad susceptionez nature nostre. et vsqz ad tolerationē pene. Phil. ij. Exinaniuit semetiḡm formā sui ac cipiens Nūiliauit semetiḡm factus obediens vsqz ad mortē: mortē aut̄ crucis. Similiter et beata h̄go ma ria non potuit profundius humilia ri descendendo nec magis se humili are quā cuz illa que fuit mater dei diceret se ancillam z pedisse quā dī. et qz profundius se humiliauit quā alia creatura. ideo tātā gratiā susce pit aliq̄ quā pura creatura recipe n̄ potuit Tercio fuit vas soliduz qz nunqz frangi potuit. Ecclesiastici. i. Quasi vas auri solidū ornatum om ni lapide precioso. Letere mulieres franguntur in conceptu per violati onē. franguntur in partu per dolo rem z afflictionē. frangūtur in vita per multozum peccatozū perpetra tionē. quia qđlibet peccatū frangit cor humanuz Ecclesiastici. xxj. Cor fatūū quasi vas confractū. omnē sa pientiam iam non timebit. frangun tur etiam in obitu p incinerationez Beata autē virgo Maria fuit vas solidum. quia in suo conceptu habu it integritatē. in suo partu habuit io cunditatē. in sua vita habuit pecca ti immūitatē. in suo obitu induit im mortalitatē. Quarto fuit vas ad mirādū. Ecclesiastici. xliij. Vas ad

mirabile op^o excelsi. Si esset aliq^o
vas q^o maius seipo cōtineret illud
esset vas mirabile. sed si vas existēs
clausum effunderet ⁊ reciperet. ill^o
vas esset mirabilius. Rursum si ess^o
vas q^o vinū ⁊ aquā sine aliquo me
dio p^otineret et tamē nulla cōmixtio
fieret. illud vas esset mirabilissimū.
Tale vas fuit btā vgo Maria q^o il
lud q^o in suo vtero p^otinebat maius
seipa erat. Un^o d^r Aug^o ⁊ cātat eccle
sia. Sācta ⁊ immaculata vginitas
quibus te laudib^o referā nescio. q^o
quē cape nō poterāt tuo gremio cō
tulisti. Ipsa enī existens clausa con
ceptū filij dei recipit ⁊ existēs simi
liter clausa in p^otu ipm effudit. iō vo
catur Land. iiii. Dorsus conclusus
fōns signatus. Ipsa enī in vase sui
vteri habuit vinū diuinitatē ⁊ aquā
humanitatis et tamē nulla est facta
cōmixtio seu confusio naturarū. vñ
cantat ecclesia. Deus homo factus
est id q^o fuit p^omansit nō cōmixtio
nē passus est neq^o diuisionē. Quin
to fuit vas aromaticū. In eius enī
vtero ⁊ aia fuit spēs oīm aromatu
⁊ oīm virtutū ⁊ omniū gratiarum.
De quibus ipsa d^r Eccli. xxiii. In
me omnis gratia vite et veritatis.
In me omnis spes vite ⁊ virtutū. nā
ibi est species aromatica q^o viuificat
mortuos. iō d^r in me oīs grā vite
ibi est alia q^o illūiat cecos. iō subdi^r.
et veritatis. ibi est alia q^o sanat infir
mos despatos. iō subdi^r in me oīs
spes vite. ibi ē alia q^o roborat ⁊ p^ofir
mat debiles ⁊ lāgidos. iō subdi^r ⁊

vtutis. In isto enī vase aromatico
p^otinetur vngēta p^otra oīs infirmi
tates. Nā ibi ē vngētū q^o depmit
tumore supbie. scz p^osideratio sue hu
militatis. ibi est aliud q^o extinguit
fumū auaricie. scz consideratio sue
pauptatis. ibi ē aliud q^o expurgat
immundiciā luxurie. scilicet conside
ratio sue virginitalis.

Quomodo beata virgo maria
habuit vbera.

Bera spūalia habet vgo ma
ria q^o sunt eius pietas ⁊ chari
tas q^o nos p^osolat ⁊ nutrit. Juxta
ill^o Esa. lxvi. Satiemī ab vberib^o
p^osolatiōis v^ore. Hnt aut vbera vim
attractiuā et p^ouatiuā et effusiua.

Primo quidē hnt vim attractiuā
cū sint spōgiōsa et porosa. Eodē mō
vbera btē marie vginis hnt vim at
tractiuā. q^o nos ad se ⁊ ad deuz tra
hit. Sūt aut q^ottuor q^o naturalit^r tra
gūt. scz simile calidū et q^odā proprie
tas rez. vt ptz in adamāte et vacuū
Ista quattuor inducunt vginē ma
riam vt p^o vba sue charitatis ⁊ pie
tatis nos ad se trahat. propter ista
quattuor possum^o sibi dicere Land
v. Api michi soroz mea aica mea co
lūba mea ⁊ imaculata mea Prīmū
qdē q^o attrahit ē sile. ⁊ iō debz nos
attrahere propter similitudinē nature
iō d^r soroz mea Eccli. xiiij. Omīe aial
diligit sibi sile. Ephef. v. Nōo carnē
suā vnq^o odio hūit. s; nutrit ⁊ fouet
eā. Scdm q^o attrahit ē calidū. ⁊ iō

ip̄a debet nos attrahere propter ca-
lidū charitatis intime. idō dī amica
mea. i. q̄ me intime diligit *Lan̄. vi.*
Ego dilecto meo. i. intēdo per amo-
rem ⁊ ad me conuersio eius *Terciu*
qđ attrahit est propriet̄as natural̄.
et iō ip̄a nos debet attrahere prop̄
prop̄ietatē sue misc̄ie. Sicut ei do-
mino prop̄iū est misereri semp et p-
cere. sic est etiā dñe. iō subditur colū-
ba mea. Sicut enī colūba caret fel-
le. sic ⁊ ip̄a nō habet fel amaritudis
sed tota est plena dulcedine pietat̄.
Lan̄. p̄mo. Meliora sunt vbera vi-
no. Ubera Eue fuerunt plena vino
id est sn̄ia mordacis iusticie. Sꝫ v-
bera b̄tē marie virḡis fuerūt melio-
ra: qꝫ plena sunt lacte dulcis miseri-
cordie *Quartū* qđ attrahit ē vacuū
Et ideo debet nos attrahere prop-
ter vacuū hūilitatis profunde. ideo
dī immaculata mea. Ip̄a enī omni-
no se euacuauit ab omnibꝫ maculis
mundi maxime a macula superbie.
sicut enī supbia cor facit inflatuz. sic
humilitas facit cor vacuum. ⁊ a tali
vacuitate nostre regine debemꝫ at-
trahi vt nō alta sꝫ hūilia sentiamus.

Sec̄do vbera hñt vim cōuersiuā.
Sunt enī posita in pectore vt cor di-
sint vicina vt sic p̄ calorē cordis fiat
decoctio sanguinis ⁊ in materiā lac-
tis facilius p̄uertat̄. idō lac dī san-
guis bis coctus semel in venis et se-
mel in māmillis. Istam vim p̄uersi-
uā hñt in nobis vbera v̄ḡis gliose.
Faciūt enī in nobis q̄tuor p̄uersio-
nes propter q̄s ip̄a dī *Eccl̄. xxiii.*

Ego m̄ pulchre dilectiōis et timoris
et agnitionis et sancte spei. *Primo*
nāqꝫ p̄ vbera pietat̄ et charitatis ip̄a
sa cōuertit frigꝫ n̄m in calorē: qñ a
nobis expellit torporē et nobis dat
feruentē amorem. iō subdit ego sum
m̄ pulchre dilectiōis. i. q̄ frigꝫ ⁊ tor-
porē expello ⁊ calorē diuini amoris
introduco. Sec̄do p̄uertit n̄m me-
rorē in gaudiū ⁊ delectationē qñ sci-
licet aufert tristitiā scli ⁊ dat timorem
dei scꝫ filialē qui quidē est delecta-
tio cordis. *Iuxta illd̄ Eccl̄. p̄mo.*
Timor dñi delectabit cor ⁊ dabit le-
ticiā ⁊ gaudiū in lōgitudine diez. et
iō seq̄tur et timoris. De ista delecta-
tiōe dī *Esa. xi.* Delectabitur infans
ab vbere. *Tercio* p̄uertit tenebras
n̄as i lucē. qñ scꝫ expellit tenebras
et errorē ignoratiē et dat verā dī co-
gnitiōē. ergo subdit ⁊ agnitionis.
Esa. lx. Vt m̄illa regū lactabit̄. Re-
ges fuerunt apl̄i ⁊ sacri doctores ⁊
expositor̄es. Noꝝ mammilla lacta-
mur qñ coz sacris doctrinis ⁊ me-
ritis et exēplis in dei cognitiōe eru-
dimur. *Quarto* cōuertit tempesta-
tem in tranquillitatē quando scꝫ au-
fert dubietatē vacillantē: ⁊ dat spes
animā tranquillatē. ideo subditur
et sancte spei. Spes ei aiām firmat
et trāquillat. *Iuxta illd̄ Debr̄. vi.*
Cōfugimꝫ ad tenedā propositā no-
bis spem quā velut anchorā aīc ha-
bemꝫ tutā ac firmā. Istā spem pro-
pheta ab vberibꝫ b̄tē marie se rece-
pisse gliabat̄: dicens. Spes mea ab
vberibꝫ m̄is mee. *Tercio* vbera

hnt vim effusiuam: qz lac effundunt
 Est autem lac candidum nitidū fri-
 gidum ⁊ pingue et significat quattu-
 or beneficia que recepimus a visce-
 ribus charitatis et pietatis marie.
 De quibus dicitur *Trenozū* quar-
 to. Candidiores nazarei eius niue
 nitidiores lacte rubicundiores ebo-
 re antiquo saphiro pulchriores Est
 igitur lac candidus quia nazarei. id
 est eius deuoti ab ipsa recipiunt can-
 didorem innocentie. ideo dicitur can-
 didiores nazarei eius niue. Secun-
 do lac est nitidum. quia recipiūt ab
 ipsa nitorem mundicie. Ideo subdi-
 tur nitidiores lacte. Tercio lac ē na-
 ture frigide. quia recipiunt refrige-
 rium contra estum concupiscentie.
 ideo subditur rubicundiores eboze
 antiquo. Ebur enim est nature fri-
 gide. Quarto lac ē pingue. quia ab
 eius vberibus recipiunt pinguedi-
 nem deuotionis interne. ideo subdi-
 tur saphiro pulchriores. Saphir⁹
 enim habet colorem ethereum. ideo
 significat celeste desiderium.

Quomodo beata virgo Maria
 assimilatur velleri.

Ellus significat beatam vir-
 ginem mariam propter quin-
 qz causas. Prima causa. quia
 vellus est de carne: sed sine carnis
 corruptione decisum. Sic christus
 natus est de virginis carne: sed sine
 carnis corruptione. Bernhardus.
 Quid gedeonis signat vellus quod

vtiqz de carne sed sine carnis vulne-
 re decisum. in area positum nisi car-
 nem assumptam de carne virginis
 et sine detrimento virginitatis Am-
 brosius Recte maria velleri compa-
 ratur que dñm ita concepit. q̄ eum
 toto hauriret corpore nec eiusdem
 corporis scissuram pateretur: sed es-
 set mollis ad obsequium. solida ad
 sanctimonium Quamuis igitur vel-
 lus sit de corpore tamen nescit cor-
 poris passiones quia licet maria fu-
 erat in carne tamen vicia carnis ne-
 sciuit nec vnquam corruptionē sen-
 sit sed semper impoluta et immacula-
 ta mansit. Secūdo dicitur vellus
 quia roze est spiritus sancti perfusa
 hoc significatum est. *Judicum. vi.*
 Ubi dicitur q̄ vellus impletum est
 roze area sicca remanente qđ gede-
 on expressit et concham adimpleuit
 Vellus quidem bibulum est et mul-
 tum rozem recipit sed expressum le-
 uiter effundit. Loz etiam beate ma-
 rie virginis erat bibulum id est sibi-
 bundum ad rozem spiritus sancti sus-
 cipiendum. et ideo recipere meruit
 plenitudinem gratiarum. Petrus
 Rauensis Ille celestis ymber il-
 lapsu placido se virgineum in vell⁹
 effudit totaqz diuinitatis vnda vil-
 loso nostre carnis invellere se cela-
 uit donec patibulo crucis pressum
 terris omnibus pluuiam salutis ef-
 funderet. ac vitalibus partium stil-
 licijs fidei germina irrigaret Qz
 igitur istud vellus virgineum sic est
 plenum. ideo nō potest tam leni de

siderio tangi vel exprimi quin statim impleat concham id est animam nostram. Tercio dicitur vellus quia fuit celesti pluuia madida. ps. Descēdit sicut pluuia in vell^o. Bernardus. Pluuiam voluntariā quā segregauit deus hereditati tue placide prius et absq̄ strepitu operationis humane suo secretissimo illapsu virgineum dimisit in vterū. postmodum autem vbiq̄ terrarum diffusa est per ora predicatorum. Nō itā sicut pluuia in vellus: sed sicut stillicidia stillācia super terram cū quodam vtiq̄ strepitu verborum ac sonitu miraculorum. Psalmista. Descendit sicut pluuia in vellus. Plane celestis ymber virgineum vellus infudit et tota diuinitatis vnda in carne se contulit. ac deinde per crucis patibulum expressum omnibus terris pluuiam salutis effudit. et humanis mētibus stillicidia gratie prestavit. Quarto dicitur vellus quia ad instar velleris fuit tincta et maxime colore rubeo et sic caro eius ē purpura celesti imperatore solummodo digna. Alcuinus. in libro de trinitate. Beata maria lana mundissima fuit et virginitate clarissima que sola digna esset i se filij dei recipere dignitatez sicut chonchilij sanguinem vt ex eadem fieret purpura impiali maiestate tantūmodo digna quam nullus esset dignus induere nisi augusta predictus dignitate. Quinto dicitur vellus quia ad vestimenti preparationē christi

fuit valde idoneū. De lana quidem ouis sine ouis lesione assumitur et inde vestimentū preparatur Triplex autem vestimentum maria christo fecit seu cofecit. vnum est materiale scz tunica christi inconsutilis quam vt dicitur brā vgo maria xpo fecit q̄ puero crescente crescebat. Secundum vestimētum fuit corporale nā spiritussanctus hoc de eius carne assumpsit et corpus christi sine lesione virginitatis preparauit. quod etiam potest dici inconsutilis vestis Ceterorum quidem corpora ex duabus partibus id est ex semie patris et matris consumūtur. Corpus autem christi fuit inconsutile quia factum est spiritussancti operatione. Tercium est vestimentum spirituale quod nobis facit quando fide et ceteris operib^{us} nos induit et ad dei honorem nos calefacit. Job tricesimo primo. De velleribus ouium meorum calefactus est. oues christi sunt virgines christi. earum velleres sunt eorum merita et exempla precipue enim ouis dicitur esse virgo maria que suis meritis nos induit et calefacit Proverbiorum vltimo. Non timebit domui sue a frigo: ibus nūis. Omnes domestici eius vestiti duplicibus. Duplicia vestimenta sunt fides et opera vel dilectio dei et proximi vel vita actiua et contēplatiua. Ista duplicia vestimenta deuotis suis impetrat et itō ab eis omne frigus expellit et fugat.

Sequitur aliud Caplm

De ventre beate Marie
virginis.

Enter beate Marie virginis
fuit beatus ratione contento
rum et ratioe ipsius ventris
continentis Ipse enim eius venter
septem mirabilia continebat.
Primo ignem. et sic fuit tota infla-
mata De quo igne dicitur. ad He-
breos duodecimo. Deus noster i-
gnis consumens est. Qui quidem
ignis in eius ytero nouem mensib⁹
habitauit. et ideo totam ipsam amo-
re repleuit. Iheronimus Mariaz
totam impleuerat spiritus sanctus.
totus incaduerat diuinus amor ita
quod in ea nihil esset quod munda-
nus violaret affectus. Sicut enim
aurum ad presentiam ignis lique-
scit. sic etiam eius anima ad presen-
tiam ignis diuini tota liq^ufacta fuit.
Lanticozum quinto. Anima mea li-
quefacta est. Secundo contine-
bat splendorem diuinum et ideo to-
ta facta fuit illuminata. De quo splē-
dore dicitur Ad Hebreos primo.
Qui cum sit splendor. zē Sol enim
iusticie nouem mensibus ipsam in-
duit. et ideo totam splendidaz fecit.
Apocalipsis duodecimo. Mulier
amicta sole z luna sub pedibus eius
Tercio cōtinebat thesaur^u sapien-
tie. z ideo tota fuit sapientissima. De
quo thesauro dicitur ad Colocēses
secundo In quo sunt thesauri om-
nis sapientie et scientie dei abscondi-
ti. de quo thesauro sapientie effudit

flumina doctrinarum. Ecclesiastici
vicesimo quarto. Ego sapientia effu-
di flumina et quia sic est sapientifica-
ta. ideo sapienter ecclesiaz dei dispo-
nit Proverbiozum decimo quarto
Sapiens mulier edificat domum.

Quarto continebat fontem mise-
ricordie. z ideo tota fuit piissima. de
quo fonte dicitur Genesis secundo
Fons egrediebatur de loco volup-
tatis. De isto fonte sue gratie z mise-
ricordie hauriunt illi qui sunt in via
ad aliquam suauitatem. Hauriunt
illi qui sunt in patria ad plenam sa-
cietatem. Lanticozum quinto. Bibi-
te amici z inebriamini charissimi.

Quinto continebat niuiam can-
dozem. De quo dicitur Sapientie
septimo. Candor est enim lucis eter-
ne z speculuz sine macula in ea. z id
remansit ibi mira puritas Lantico-
zum quarto. Tota pulchra es ami-
ca mea z macula non est in te. An-
celmus. Decebat vt beata xgo ma-
ria in ea puritate niteret qua maior
sub deo nequit intelligi. Sexto
cōtinebat diuinū ardorem. De quo
dicitur Ecclesiastici vicesimo quarto
Ego quasi vitis fructificauit suauita-
tem odoris. et ideo ibi remansit mi-
ra suauitas Ideo adolescentule cla-
mant z dicunt Lanticozum primo.
Trabe me post te: currem⁹ in odo-
re vngentozum tuozum. Septi-
mo continebat suauem dulcorem il-
lum scilicet qui dicit Spiritus me-
us sup mel dulcis. z hereditas mea
super mel z fauum. z ideo remansit

ibi mira pietas. ideo vocatur mater gratie ⁊ mater misericordie. Secundo eius venter dicitur beatus ratione ipsius ventris continētis. Ipse quidem venter primo fuit thalamus christi. Psalmista. Ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo Ecclesiastici. xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Secundo fuit habitaculum spiritus sancti. Unde dixit ei angelus Luce primo. Spiritus sanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Vere superueniet. quia super omnem aliam creaturam in eam venit. Vere superuenit. quia de super miraculose concepit. Vere superuenit quia ipsa os cordis non infra s̄ de super habuit. Tercio fuit apotheca carismatum. quia deus reposuit ibi medicinas contra omnia genera infirmitatum Ecclesiastici. xxxviii. Altissimus de terra creauit medicinas id est virginem Mariam. Eiusdem xliij. Medicina omnium in festinatione nebule. hoc est in christi carne purissima festinata. quia subito decisa ⁊ i corp⁹ christi formata. Bernard⁹. Apotheca est beata virgo maria omnium gratiarum. in qua celestis pigmentarius cum omnib⁹ suis vngentis se collocauit cum omnibus delicijs accubuit. Quarto fuit fons gratiarum Canticozum quarto. Fons hortorum puteus aquarū viuentium que fluunt impetu de libano. Alij fontes aquam hauriunt ab inferiori et redundant ad superi

us Iste fons celestis aquas suarū gratiarū haurit a superiori quia a monte libani. id ē ab altitudine trinitatis: ⁊ fluit ad nos inferioris gratia sue largitatis. Quinto fuit aceruus tritici ⁊ liliozum. Canticozum. viij. Venter tuus sicut aceru⁹ tritici vallatus lilijs. Eius enim venter fuit plen⁹ tritico illo. de quo dicitur Iohannis. xij. Nisi granum frumenti cadens in terram ⁊c. Quidē triticus fuit ad instar acerui. Aceruus enim tritici in ymo est latus in summo angustus. In medio nec nimis lat⁹ nec nimis angustus. quia christus quantum ad naturam infimā. id est humanam fuit nobis manifestus. Quantum vero ad naturam summam. id est diuinam fuit nobis valde angust⁹ id est occultus. Quantum vero ad naturā mediam. id est animam partim fuit occultus ⁊ partim manifestus. In huius figuratonez tres misse dicuntur in natali vna in nocte profunda. et significat naturam diuinam que omnino nobis fuit occulta. Alia in auroza et significat eius animā que partim nobis fuit occulta ⁊ partim manifesta Tercia in luce clara et significat ei⁹ carnem que nobis fuit manifesta. Iste venter plen⁹ aceruo tritici fuit vallatus lilijs. dicit lilia in plurali quia omnia que in ipsa fuerunt: pura ⁊ munda fuerunt. Dabit enim mundas cogitationes. affectiones intentiones. locutiones. et operationes. Nos autēz miseri nec vnū liliū

habere possumus. scilicet vel cogitationem sanctam. vel affectionem mundam. vel intentionem rectam. vel operationem sollicitam. Et dicit vallatus. quia venter eius liliis puritatis et mundicie vndiq; fuit circumdatus et vallatus. scilicet intus et extra sursum et deorsum a dextris et a sinistris ante et retro. ita quod hostis ad eorum nunquam intrare potuit nec aliquam impuritatem immittere valuit. Naz intus inueniebat liliam puritatis et extra liliam castitatis. sursum liliam contemplationis. deorsum liliam humilitatis. a dextris liliam temperantie. a sinistris liliam patientie. ante liliam prouidentie de futuris. retro liliam iusticie de preteritis. Nos autem miseri non sumus vallati liliis puritatum: sed spinis et vitiis malorum concupiscentiarum. et ideo corda nostra sunt demonibus puia in que et malas suggestiones ingerunt et prauas delectationes immittunt.

De verbis Marie.

Verba beate marie virginis habuerunt quinque laudabiles conditiones. Primo eius verba non fuerunt prolata: sed multum pauca et breuia. Non enim in tota serie euangelij inuenitur fuisse locuta nisi septies. et tunc breuiter. Primo locuta est bis cum angelo. scilicet Quomodo fiet istud. et Ecce

ancilla domini: fiat michi secundum verbum tuum. Bis locuta est Elizabeth. Primo salutando. Postea in laudem dei prorumpendo dicens Magnificat anima mea dominum. Bis locuta est filio. Semel in templo. Fili. quid fecisti nobis sic? Et semel in nuptijs. Vinum non habent. Septimo locuta est ministris dicens. Quodcumque dixerit vobis: facite. Semper autem breuiter locuta est nisi ipsa in laudem dei prorumpit. Discant ergo mulieres raro loqui. et nunquam effluere in verbis: nisi forte in orationibus et dei laude.

Secundo eius verba non fuerunt leuiter prolata: sed multum premeditata. Luce capitulo secundo. Maria autem conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo: vbi dicit Beda. Virginalis pudicie iura custodiens secreta christi nemini diuulgare volebat: sed ipsa quando vellet et quomodo vellet hoc diuulgare expectabat reuerenter: et ipsa secreta tacuit ore. vigili tamen meditatione scrutabatur corde. Bernardus. De nobis quod spiritum habemus in naribus. ve qui totum spiritum proferimus et qui effluimus vndique. Maria autem conseruabat ea que audiebat in corde suo. Fuit enim velox ad audiendum et tarda ad proferendum. Beda. Imitemur fratres piam matrem domini seruantem omnia verba et facta saluatoris domini nostri Iesu christi. Nostrum meditatione diurna et nocturna importunos

inaniū cogitationum atq; nocentiū
repellamus incurfus. Nozum cre-
bra consolatiōne nos ⁊ proximos a
fabulis superuacuis et male dulco-
ratis detractionum declinare ⁊ ca-
stigare ⁊ ad diuine laudis frequen-
tiam accendere curemus. Tercō
verba eius non fuerunt presumptu-
osa: sed ipsa in loquendo multuz fu-
it timida et verecunda. Bernardus
Maria vbi loquebatur nunq̄ pre-
sumptuosa fuisse videtur. foris sta-
bit querens loqui filio nec auctori-
tate materna sermonem interrum-
pit. aut habitationē in qua filius lo-
quebatur izrumpit. Eius quidē ser-
mo certissim⁹ idex fuit ingenite mā-
suetudinis ac verecūdie virginalis
Aliozum vero verecundiam suā re-
putans sustinere nō valuit defectū
vini. dissimilare non potuit. Ubi ve-
ro a filio increpata fuit tanq̄ mitis
et humilis corde nihil illi respondit
non tamē desperauit: sed ministros
facere quod eis diceret admonuit.
et subdit Bernardus. Totiens ma-
ria filium audiuit fratribus in para-
bolis loquentem discipulis myste-
ria reuelatem vidit miracula facien-
tem. vidit in cruce pendentem. expi-
rantem. resurgentem. ⁊ ascendentē
In his omnibus vox verecund.issi-
me virginis quotiens auditur.

Quarto eius verba non fuerunt
vacua sed multū fructuosa ⁊ virtuo-
sa Nam locuta est cum angelo ⁊ ad
eius verba deus fact⁹ est homo ve-
rus. Locuta est cuz Elizabeth ⁊ tri-

pidiauit iohānes in vtero clausus
Locuta est filio in templo ⁊ de⁹ fa-
ctus est hominibus subditus Locu-
ta est in nuptijs et manifestauit su-
am gloriā Iesus christus Quin-
to eius verba non fuerunt improui-
da sed multum discreta. Nam ille q
loquit debet discrete videre. Quid
Ubi. Cui. Quando. ⁊ quomodo lo-
quatur. Maria virgo discrete con-
siderauit quid loqueretur. quia nō
verba vana vel fabulosa: sed omnia
sua verba fuerūt vtilia et ad nostrā
edificationem pertinentia. Conside-
rauit etiam cui loqueretur. quia nō
cui libet viro s; dei angelo. In quo
instruuntur mulieres virozum lo-
cutiones fugere. Considerauit insu-
per vbi loqueretur. quia non fuit lo-
cuta in foro: sed in domo. Etiam in-
struuntur mulieres ne in plateis lo-
quantur: sed in domo a viris instru-
antur. Considerauit iteruz quando
loqueretur. quando scilicet magis
fuit oportunium Quia sicut dicitur
Ecclesiastes octauo. Omni nego-
cio tēpus est ⁊ oportunitas. Beda.
Omnia que de domino dicta vel fa-
cta cognouerat mater virgo dilige-
ter in corde retinebat. vt cū tempus
predicandi vl' scribendi incarnatio-
nis eius adueneret sufficienter vni-
uersa prout essent gesta querentib⁹
explicare posset. Considerauit etia;
quomodo loqueretur. quia non cla-
morose: sed modeste ⁊ tacite loque-
batur. nusq̄ enim clamorose locuta
est nisi in filij sui passiōe. tūc enī hū-

Augustinū fortiter eiulabat. Sed de gazrulis mulierib⁹ dicitur Pro uerbiorum septimo. Gazrula vaga quietis impaciens non valens i do mo consistere.

Quomodo beata virgo Marta dicitur virga.

Virga dicitur beata virgo maria. flos filius eius. Iuxta illud Esa. xj. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Ista enim virga commendabilis est quoniam ad se et quoniam ad florem. Quantum autem ad se commendabilis est quadrupliciter. Primo quoniam ad modum producendi quia non dicitur fuisse orta sed egressa. Egredietur inquit virga etc. Ipsa enim virga fuit orta de radice iudeorum sed tamen egressa est naturam radicis. Radix enim ad yma virga ad alta tendit. Radix in terra virga in aere proficit. Radix terre humore virga celi rore et solis calore crescit. Sic iudei petebant yma viciorum illa autem virtutum. illi erant fixi in terra per cupiditatem terrenorum hec in aere per auiditatem celestium. illi pascebantur amore carnali hec nutriebatur amore spirituali. illi constringebantur frigore infidelitatis: hec fouebatur calore charitatis. Secundo ista virga commendabilis est quoniam ad modum germinandi. quia non germinauit operatione humana: sed virtute diuina. ideo significata est per

virgam aaron que miraculose fronduit et amigdala fecit ut habetur Numeri. xvij. Sic et beata Virgo maria miraculose et supernaturaliter filium generauit. quia secundum Augustinum assimilatur amigdalo siue nuci. quia in nuce sunt tria scilicet exterior pellis fragilis. Intus nucleus dulcis. in medio testa fortis. In christo quidem tres fuerunt substantie. scilicet caro exterior que habuit infirmitatem. deitas interior que habuit omnem dulcedinem et anima media que circa omnes passiones habuit fortitudinem: ut nunquam per impotentiam vinceretur. Quauis igitur virga fuit multum gracilis tamen fructum portauit qui totum humanum genus saciauit. imo qui totum mundum suo robore sustentauit In passione enim christi fracte fuerunt columnae mundi. et ista virgula totum sustentauit mundum. Tercio ista virga commendabilis est quoniam ad virtutem operandi. De cuius virtuosa operatione dicitur in psalmo. Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon: dominare in medio inimicorum tuorum. id est demonum. Olim quidem diabolus dominabatur in mundo Naz in cordibus auarorum dominabatur per cupiditatem terrenam. In cordibus deliciarum per carnalem concupiscentiam In cordibus superbiorum per ambitionem vanam. et ideo deus hanc virgam creauit in qua tria posuit. scilicet stimulum. hamum. et viscum. Stimulo autem boues vrgentur et

hamo pisces capiuntur. visco capiuntur aues Diabolus quidem erat bos in quantum exercebat agriculturam. id est in quantum inducebat homines ad terrenorum auariciã. Erat piscis in quantum homines natare faciebat in aquis deliciarum. Erat avis in quantum homines volare faciebat per sublimitatem hominum. Deus igitur huic virge stimulum apposuit quando carni marie virginis totum se vniuit. et sic bouez id est diabolũ de cordibus auarorum eiecit. Ecclesiastici. xxxviii. Stimulo bones agitat. Tunc autẽ ista virga hamũ posuit quando deitatem suam sub eica carnis velauit. et sic malum piscem cepit. Job. xl. An extrahere poteris leuiathan hamo. Ibidem In oculis eius quasi hamo capiet eum. Isti etiam virge viscum siue laqueum apposuit quando suam sapientiam in humana carne de virgine sumpta occultauit. et sic istam auem irretiuit et cepit Job xl. Nunquid illudes ei quasi aui. Eiusdem decimo octauo Lenebitur planta eius laqueo Quarto commendabilis est ista virga quantum ad officium vtendi. Vtusus enim virge ad quattuor officia videtur esse ad que nobis beata virgo Maria fuit cõcessa. Primus vsus est ad dominij ostensionem. et sic ea vtuntur reges et principes. et quãtũ ad hoc data est nobis beata virgo vt videlicet sit nostra domia et regina. Psalmista. Virgam virtutis tue emittet do

minus ex syon: dominare in medijs inimicorum tuorum. Secũsus vsus est ad defensionem et percussionem et sic vtuntur ea bellatores. et quãtũ ad hoc data est nobis vt a demonibus nos defendat et eos percutiat. Numeri. xxiii. Consurget virga de israel et percutiet principes Moab Esaie. xxx. Ad vocem domini p̄uebit assur virga percussus. Tercius vsus est ad directionem. et sic pastores virga vtuntur vt gregem suum regant et dirigant. et quãtũ ad hoc data est nobis vt in presenti vita regat nos et ad eterna pascua deducat Michee. vii. P̄asce populum tuum in virga tua et potest esse verbũ patris ad filium. vt sicut pastor cũ virga gregem suum ad pascua deducit sic et ip̄e per virginem mariam nos regit et ad eterna pascua deducit. Quartus vsus est ad sustentationẽ et sic vtuntur infirmi. et quãtũ ad hoc data est nobis vt nostram infirmitatem sustentat et regat P̄s. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Secundo ista virga commendabilis est quãtũ ad flores qui quidem flos est ipse christus qui dicit Lucã. ij. Ego flos cãpi Cãpi dicitur et non horti triplici de causa. quia flos horti vt nascatur terra apitur. Flos autem campi sine terre apitiõe nascitur. Sic etiã christus natus e de v̄gine sine virginitatis violatione marie. Secũdo dicitur flos campi et non horti. quia flos horti e clausus Flos vero campi om̄ibus e ap̄tus.

Sic etiam hortus pietatis xpi nulli clauditur: sed omnes pnt ad ipm accedere et misericordiam inuenire. Tercio dicitur christus flos campi. qz in partibus ultra marinis dicitur nasci quidam flos qui vocatur flos campi. qz hinc vnus stipitem asperum. et quinque folia rubra. et beatus christus qui protulit asperitatem crucis. et habuit quicquid vulnera passionis.

Quo beata virgo maria propter virginem.

